



DE
SVDORE
VNIVS LATERIS
PRO CAPESSENDA
IN ARTE SALVTARI
DOCTORIS DIGNITATE

D. V. NOVEMBR. CIOCCCLII
PVBLICE DISSERT



DE QVIBVSDAM
FEBRIBVS SVDATORIIS MALIGNIS
NONNVLLA PRAEFATVS



PETR. IMMANVEL HARTMANN
HALENSIS.



HALAE AD SALAM

E TYPOGRAPHEO GEBAVERIANO.



DE

SVDORF

VNIUERSITATIS

IN ARTE SALVTARI

DOCTORIS DIGNITATE

PUBLICAE DISSERTATIONIS


DE QUERSIDA

REBRIBVS SVDATORIS MALIGNIS

NONNILLI BRASILLVS

PETRI IMMANUEL BARTMANN

HALENSIS



HALLAE AD SALSAM
D. TYPOGRAPHO GEHARBIANO



ILLVSTRI
EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO
CELEBERRIMOQVE
VIRO
ANDREAE ELIAE
BÜCHNERO

SACR. ROM. IMP. NOBILI
POTENTISSIMO BORVSSORVM REGI A CONSILIIIS
INTIMIS MEDICINAE ET NATVRALIS PHILOSOPHIAE IN
ALMA REGIA FRIDERICIANA PROFESSORI PVBLICO ORDI-
NARIO ACADEMIAE IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM
PRAESIDI COMITI PALATINO CAESAREO SOCIETATIS
SCIENT. BEROLINENSIS SODALI ET MEDICORVM
ORDINIS HOC TEMPORE DECANO
RELIQVA

FAVTO RI PRAECEPTORI
ATQVE
PROMOTORI SVO SPECTATISSIMO
X



NEC NON
PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMO
EXPERTISSIMOQVE
VIRO
IOANNI ANDREAE
ZIEGLERO


MEDICINAE DOCTORI
EIVSDEMQUE EXERCITIO APVD HALENSES
MAXIME CELEBRI
FAVORI ATQVE COGNATO SVO
PLVRIMVM HONORANDO

PRO
COLLATIS IN SE INNVMERIS BENEFICIIIS
GRATISSIMVM TESTATVRVS ANIMVM
QVALECVNQVE HOC SPECIMEN
AETERNAE REVERENTIAE ATQVE PIETATIS
PIGNVS

D. D. D.
PETRVS IMMANVEL HARTMANN.




PRAEFATIO
DE QVIBVSDAM
FEBRIBVS SVDATORIIS MALIGNIS
NONNVLLA EXPONENS.



ΣΥΝΟΨΙΣ.

- I.** Ratio argumenti selecti
a. ad ipsam dissertationem; §. I. II.
b. ad praefationem. §. III.
- II.** Februm sudatoriarum malignarum
a. definitio; §. IIII.
b. species quaedam; §. V.
1. sudor Anglicus; §. VI.
2. sudor Piccardicus; §. VII.
3. febres quaedam sudatoriae ab antiquis observatae; §. VIII.
c. cognatio horum sudorum exposita; §. VIII.
- III.** Ipsius dissertationis summa capita indicia. §. X.

§. I.

x quo ego animum ad discendam medicorum scientiam adieci, paulo curatius simul eo studui, ne, cum diuersae aliorum vaetudinis notitiam e suis rationibus definitam colligerem,

A

gerem,

gerem, mei ipsiusmet corporis mutationes, praesertim morbosas, negligentius, quam in medico excusari posset, attenderem atque obseruarem. Neque omnino defuerunt, cur hoc serio senserim egerimque, rationes graues non minus atque speciosae. Namque vt omittam ea, quae percepta penitus mei ipsius cognitio mihi ab infirma valetudine a) praestitura videbatur; in eo potissimum ab intenta ad quasuis corporis mei afflictationes obseruatione haud mediocrem vsuram meis studiis accessuram praesenti: quod partim ad aliorum aegrotantium morbos diuerfasque horum ipsorum vicissitudines patientius atque adeo accuratius attendere inuoluerem, partim vero singulares eos, quibus ipse affigerer, adfectus exquisitius pernoscerem atque magis intelligenter. Scilicet hoc vltimum erat, quo me non ignobilium quorundam medicorum b) vestigia ferebant; quae quo minus, quantum possem, persequerer, et celebrata eorundem

a) Edoctus sum haec iam pridem, scholasticis subfelliis adhuc inhaerens, ab eloquentissimo Romanorum philosopho, M. TVLL. CICERONE, qui *lib. II. de offic. c. 24. pag. 889. Volum. IV. Edit. Ernestin.* Valetudo, dicit, sustentatur notitia sui corporis et obseruatione; quae res aut prodesse soleant, aut obesse. Quo de argumento itidem disertissime, vt solebat, disputauit vir etiamnunc clarissimus, *Io. Goltzofr. BERGERVS in dissert. de tuenda valetudine ex cognitione sui. Vitemb. clo. loccux. 4.*

b) Fidem meis verbis facturus, ex iis medicis, qui sui corporis ad-

fectus attentius obseruarunt et obseruatos litteris consignarunt, nonnullos succincte commemorabo. Nequaquam tamen id ea mente dictum factumue volo, vt aliquis, carpenti opportunitatem sibi exinde datam ratus, vafre iudicet, me vsque in horum magnorum virorum euehi velle comparationem. Nae! satis solerter mecum habito et plane uoui, longe eminentiori istos viros constitutos esse loco, quam vt quantulocunque hoc meo labore ipsorum vestigiis insistens, propius quoque ab ipsis abesse possum. Primo loco, vti ob praecellens obseruandi morbos studium meret,

dem nomina, et amplissima in rebus medicis eruditio, tandemque fortunata inprimis medicinae exercitatio dissiuadebant.

A 2 §. II.

meret, nominabo *Petrum FORESTVM*, Alcmarianum, cuius insigne *observationum et curationum medicinalium et chirurgicarum opus*, coniuactim Francof. clo lxx. f. editum passim adeo perfectam suorum ipsius morborum narrationem continet, vt inde vir celebris, *Io. Samuel CARL*, in *Histor. medic.* Tom. post. p. 114. vsque ad 132. edit. Hafniens. in 8. sine ment. anni emissae, specimen, quod vocat, indiuiduale exhibuerit cognationis morborum, quos per omnem vitam *FORESTVS* noster expertus est. Succedat huic celebratissimi nominis Anglus, *Thomas SYDENHAM*, morborum scrutator, si quis alius, certe diligentissimus atque summe accuratus. Quippe cum viginti quinque annis podagrae doloribus arsisset, ad saeuissimum huius morbi indolem maxime attentus, composuit tandem eiusdem annales, quibusuis aliis absolutiores; qui saepius Londini, Amstelodami, Lipsiae, Geneuae et nouissime Lugduni Bat. clo lxxxviii. in 8. cum reliquis eiusdem opusculis prodierunt. Vtilissima porro carere-
mus forsitan commentatione *de furia podagrae lacte victa et mitigata pro-*
pria experientia conscripta et Amstelod. mdcv. in 12. typis expressa; nisi ante nominata inter morbos furia repetitis per sedecim annos cruciatibus haud inglorium eiusdem commentarii auctorem, *Ioannem DOLAEVM*, infectata fuisset. Venio nunc ad *Bernhardinum RAMAZZINI*, Carpensensem; cuiusideo insignium honorum titulos non praefatus sum, ne lectores meos in summorum virorum medicorum historia plane hospites atque peregrinos existimasse videar. Debentur huic *de aliquot annorum epidemiacis constitutionibus libri* hanc potissimum ob causam hoc loco praedicabiles, quod in illis ea leguntur relata, quae post alios in seipso expertus erat *RAMAZZINI*. Quibus libris, seorsim primo in Italia divulgatis, comites dein dati sunt reliqui eiusdem commentarii tam in nitidissima editione Belgica, Londinum patriam simulante annoque cloccxvi. 4. mai. emissae, quam in eiusdem anni formaeque Geneuensi; quae quidem, cum prior prodierat, a Belgis deinde statim occupata et recusa, anno proxime sequenti cloccxvii. vindicandae iniuriae causa, tum nouum titulum accepit

Attendenti itaque mihi ad mei corporis fabricam, inter alias incommodas atque inordinatas eiusdem affectiones motusque, praecipuam mereri visus est animadversionem singularis idemque copiosus vnius lateris sudor, haereditarium corporis mei vitium, et, quoad longissime

accepti praefixum, tum enarrata auctoris vita tribusque orationibus posthumis aucta est atque amplificata. Eruditissimo huic Italo subiticiam Gallum quendam, dum viveret, haud ignobilem, *Franciscum PORTVM*, Crepiaco in Vallesia oriundum Parisiisque medicinam facientem, qui primus omnium in *Decade medica*, eleganti carmine elaborata, et Lutet. Parisior. cl. locum. in 4. iuris publici facta, rheumatismi, diu antea mox scorbuti, mox vero arthritidis nomine comprehensi, distinctam exhibuit descriptionem. Cuius adfectus accuratam hanc notitiam caro admodum pretio redemit; quippe per biennium tanta rheumatismi crudelitate exercitus est, ut debellando ei, si vel ipsam, qua *PORTVS* valebat, artem exceperis, sex adhuc oppositi fuerint medici Parisienses. Commemorari porro hic meretur medicus quidam Sueuus, fama quidem, sed non studio morbis observandis adhibito, prioribus secundus, *Vitus RIEDLINVS*, Ulmenensis, cum filio cognomine, itidem VA-

menfi, non temere confundendus. Quem ut hic excitem, commouerunt me ipsius *observationum medicarum centuriae tres*, editae ab auctoris filio, August. Vindel. cl. loc. xci. 12. inter quas obseru. LXXXIII. cent. III. p. 434 sq. haemoptysin propriam et accedentia ipsi symptomata, quibuscum per xvii annos misere conflictatus est, concise quidem sed accurate exponit. Singularem denique, sed non satis honorifico exemplo litteratissimus ille eques Franconicus, *Vlricus HVTTENIVS*, de morbo venereo, quo ipse adfectus est, edidit commentarium, nec ipso, si doctrinam spectes, eruditissimo medico indignum; quem, cum prodiret, hoc audius exceperunt lectores, quo recentius adhuc inter Europaeos, praecipue Germanos, ignominiosum hoc malum erat disseminatum. Primam adspexit hanc hic *de natura ligni guaiaci et morbo gallico liber vnus*, August. Vind. cl. loc. xviii. in 4. quem dein *Aloysius LVISTINVS*, Vtinenfis Venetus, in illud volumen, quo *de morbo gallico omnia,*

giffime anteaquam vitam reminifcor, vna indole perfiftens. Progerminarunt ex hoc, tamquam ex ftirpe, plura atque diuerfa incommoda, meam attentantia c) valeditudinem: quae cum per feptem integros annos fingula diligenter obferuaffem horumque caufas ea, qua potui, cura veftigaffem; retuli tandem omnia in hunc qualem-cunque commentariolum, vt specimen abfoluat medicum inaugurale. Cuius argumenti fumme fingulare exemplum licet in *παθολογία* et *θεραπευτική* minus fructuofum atque vtile videatur futurum, eo tamen adlaborabo, ne in hac differtatione defint proppofitiones, tam ad explicandam peculiaris huiusce sudoris naturam neceffariae, quam ad communem quoque in aliorum adfectuum cognitione vsum idoneae atque accomodatae.

omnia, quae exftant, comprehendit, fulcepit. Quam collectionem Venetiis apud Iordan. Zilletum duobus tomis, clo lo LXVI et LXVII. fol. emiffam, nouiffime iterum clo lcccxxviii fol. Lugdun. Batau. nitidiffimo habitu prodire iuffit incomparabile Leidensis academiae decus, Hermann. BOERHAAVIUS; qui etiam in praemiffa praefatione de opufculo hoc Hutteniano fingulariter & honorifice iudicauit. Praeterea quoque longa adhuc ferie huiuscemodi medicos nominare poffem, fi in eruenda eorum notitia operae fieret, pretium, qui, pari mecum confilio, de propriae valeditudinis adfectionibus pro edendo inaugurali fpecimine differrerunt.

c) Parum abfuit, quin mihi de his qualibuscunque aegrotationibus

A 3 §. III.
vexationibusque corporis gratulatus fim: ex quo non fine infigni animi voluptate legi relegique meritiffimi apud omnes medicos, praefertim Italos, viri, *Bernhardin. RAMAZZINI orationem, quae demonftrat, medicum valedudinarium, fecundum antiquiffimum Platonis effatum, aptiorem effe ad medicinam faciendam, quam alterum inculpata valedudine degentem.* Scilicet haec eo elegantius atque curatius eft confcripta, quo exquisitius ipfi celeberrimo auctori ftudium fuiiffe videtur, vt fibi ipfe, variis quippe morbis, inprimis peffima quartana icteroque, conflictato, paret excufationem. Exftat haec oratio in poftrema Geneuenfi opp. omnium RAMAZZINI editione, a nobis not, b) citata, eidemque coronidem

§. III.

Accidit vero, vt superioribus annis, clo lacc
 XXXXVIII et L, sub veris decursum aestatisque initium
 sudore vltra consuetam copiam enormi atque insolenti
 perfunderer viresque vix essent, quae tam immoderatae
 sufficerent humorum per cutim effusioni. Colliquantes
 hos dixerim sudores, nisi & minus vnguifosa eorum ma-
 teries & absens febris aliaque, e quibus dignosci solent,
 signa tam formidolosum nomen dissuasissent. Inter
 haec, dum fere diffluo sudoribus, publicae e Galliis lit-
 terae identidem referunt, insignem ibidem apud Bello-
 uacenses fieri stragem per peculiare quoddam febrium
 acutarum genus, a sudore, quo enecabantur aegroti,
 profusissimo sudatorium commode appellandum. Ex-
 citabant haec apud me aliarum eiusdem indolis febrium
 memoriam, longinquitate quidem temporis praeterlapsi,
 quo saeuierunt, paene deletam, sed, vt ego iudico,
 non dignam, quae plane oblitteretur. Atqui haec erat
 ratio, vt iam inde ab ista Bellouacensium clade mecum
 constituerim, ob communionem eius, quod nunc per-
 tracto, argumenti, praecipuarum quarundam huius ge-
 neris febrium notitiam perquam breuiter in mea hac at-
 tingere dissertatione: quam, cum infra opportune infe-
 rendi eam non daretur occasio, praefationis esse volui
 argumentum. Hanc tamen legem ipse mihi praefixi, vt
 tantummodo strictim horum sudorum historiam conscri-
 bam neque ea attingam, quae ad curationes pertinent ip-
 sis a diuersis bonis atque praeclaris medicis adhibitas; ne

com-
 nidem imponit. Quam *bibliorbe-* rum operum *Ramazzinianorum*
cauae nouissimae Halae nostrae anno exhibuerunt *divae Padisow*, iis
 clo lacc XVIII. 4. excusae, editores conferendam lectoribus commen-
 Sect. II. Obseru. XIII. luculentam damus, quorum non interest, vt
 nam huiusce orationis, quam ipso ipsa opera euoluant.

d)

commentari potius videar, quam prae loqui adeoque beneuolis lectoribus fusiori incommodum disputatione.

§. III.

Si ad ea, quae nunc de maligna febrium d) sudatoriarum indole exponentur, respicio singulaque inter se considerate compono, hanc exinde natam mihi video earundem definitionem, ideo hic merito praemittendam, vt succincte statim sciant lectores, quales ii sunt sudores, de quibus nunc erit paucis praefandum. Sunt vero febres continuae acutissimae, materiam peregrinam, (Graeci *ἐλεγχόμενῃ* vocant,) ex aëris contagio sanguini immistam per effusissimum sudorem eliminantes. Naturali iam consecutione partim ex eo, quod hic constitui, genere, partim ex consignato speciei caractere, lectores, si qui volent, conficient, has febres simul esse malignas, itemque populares atque contagiosas. Quare superuacaneum existimo, vt hoc porro demonstrarem e).

§. V.

4) Constitutae breuitatis memor, nihil de aliis vocabulis eadem has febres declarantibus dici oportere reor; alioqui me detineret recensio nominum febris sudoriferae, pestis s. luis sudatoriae, sudationis siue sudoris pestilentis, febris sudore exitialis, *ἰδεορυσήδων* itemque *ἰδεωέσων*; quae singula scriptorum medicorum auctoritas confirmauit. Incongrue vero aliqui *ἰδεορυσήδων* scribunt, tanquam a graeco nomine *ἰδρωγ*, aqua, descendit; cum rectius ab *ἰδεωέσων*, sudor, originem trahat. Quem per errorem ipsum adeo Io. DE GORTER, virum medicinam caeteroquin eximie doctum, lapsum esse

miseris in *praxis medicae systemate*, Tom. II. Harderouici, in 8. mai. anno praeterito cum eruditis communicato: vnde etiam meritam incurrit reprehensionem Cl. Rud. Augustin. VOGELII in *bibliothecae medicae* Part. IV. quae vernaculo sermone scripta tantum non quouis mense prodit Erfordiae in 8. clo lxxli. A. Gallis denique hae febres la Suete, a Belgis de swetende Sieck, a nostratibus vero die Schwitzkrankheit, das Schwitzieber appellantur; singulis nominibus a symptomatis huius eminentia derivatis.

4) Si quis tamen hoc velit demonstratum, omnes huius reigra-
tia

§. V.

Sed per partes ibo et subsecium hoc febrium continuarum genus ex una atque altera eiusdem specie explicatum dabo. Etsi enim ipsiusmet huius generis historiam summam comprehendere potuerim, antequam de ipso particulatim agerem: breuitati tamen conuenientissimum existimaui, ut hac methodo utar; praecipue cum cuiusuis generis indoles atque natura ex speciebus, quae ipsi subiectae sunt, eruenda sit atque intelligenda. Quas itaque hoc loco huic generi exponendo selegi febres, sunt, partim ob truculentiorum, qua valuit, vim, sudor Anglicus; partim ob recentissimam infamiam, sudor Piccardicus; partim denique, ob commodam antiquiorum morborum cum nouis collationem, sudoriferae quaedam febres a veteribus medicis commemoratae.

§. VI.

Sudor Anglicus *f*), diuersis quoque aliis nominibus infi-

tia adire potest *παθολόγους*, praecipue vero, partim speciatim: *Dan. SENNERTVM de febribus; v. c. Libr. IV. Cap. VIII. pag. 485. sq. edit. Witteberg. clō loc XXX. 4. Thom. WILLISIVM in Opp. omnibus cur. Gerard. BLASIO edit. Amstelod. clō loc LXXXII. 4. mai. e. g. de febribus Cap. VII. p. 73. sq. XIV. p. 110. sq. Richard. MORTON in exercitationibus de morbis vniuersalibus acutis f. Tom. II. Opp. medic. edit. Amstelod. clō locxcvi. 8. mai. et Thom. SYDENHAM in Opuscul. cit. not. b) e. g. sect. I. Cap. I. & II. pag. 1. sqq. edit. Amstelod.*

clō locLXXXIII. in 8. partim specialius: *Hier. FRACASTORVM in Libb. III. de contagione et contagiosis morbis; Lugdun. MDL. 12. Melch. SEBIZIVM in dissert. de morbis contagiosis et contagio. Argentin. MDCL. 4. et Iulium PALMARIVM in Libb. VII. de morbis contagiosis; Hagae comit. MDCLXIII. 8. vt plures auctores medicos non attingam.*

f) Iis, qui *βίβλιον ἰατρικόν* medicam amant, vt gratificer, paucis tantum eos, qui de sudore hoc Britannico conferri merentur, auctores indicabo. Hi vel peculiaribus scriptis,

infigitus, pestisque Britannica velut eminenter fae-
pe

scriptis, vel tanquam praetereun-
tes, alius argumenti libris insertam,
morbi huius historiam comprehen-
derunt. Ad prius scriptorum ge-
nus pertinet partim sequens aliquot
de hoc sudore commentariorum
collectio sic inscripta: *Petri DE*
ABANO liber de venenis. Acc. Iul.
GRATAROLI consilium de praeser-
vatione a venenis. Hermanni A NV-
ENARE [alias quoque a Neuen Aar,
s. noua aquila dicti,] *de nouo haete-*
musque Germaniae inaudito morbo,
sudatoria febre, quem vulgo suda-
rem britannicum vocant, libellus.
Sim. RIQVINI, Ioach. SCHILLERI,
aliorumque doctissimorum medico-
rum curationes sudoris anglici ex-
pertae. Omnia opera Guil. GRA-
TAROLI ex manuscriptis exempla-
ribus collata, aucta et illustrata;
in 8. adiecta nec loci, nec typogra-
phi, nec anni mentione, sed, si
coniectura e characterum formis
iudicari licet, Basileae, paucis annis
ante GRATAROLI mortem, hoc
est, anno circiter clo. l. x., in lu-
cem emissa; partim CXXXX fere
annis post exhibita *Geo. Wolffgang.*
WEDELIJ dissert. de sudore Angli-
co. Ienae. MDCXCVII. quae, quod
sciam, postrema est et nouissima
huiusce argumenti pertractatio.
Huc quoque spectant *Euricii COR-*

DI de sudore Anglicano libellus; Lau-
rent. FRISII Belgae, de sudoris
Anglici praeservatione et curatione
tractatus; Iacobi CASTRII, etiam
Belgae, epistola de sudore Anglico
ad medicos Gandenses; Ioach. RO-
LANDVS de huc sudorifera tandem-
que Tertii DAMIANI, Wiffenaci,
de febre sudatoria libellus; quae sin-
gula, seculo XVI. diuulgata tantum-
que nominibus mihi cognita et fru-
stra a me in bibliothecis quaesita,
oculis vsurpare mihi nondum leuio;
quare nec locum impressionis fa-
ctae, nec annum vnicuique horum
librorum competentem meis cum
lectoribus communicare possum.
Quae posterius constituunt genus,
scripta sunt vel medica; e quibus
notasse sufficiat: *Georg. BERTI-*
NI, Campani, medicinam libris
XX. methodice absolutam. Basil.
MDXXCVII. fol. Lib. XI. Cap.
XVIII. p. 294. sq. et Lib. XX. Cap.
XXXII. p. 696. Petri FORESTI
observat. edit. cit. not. b.) Lib. VI.
Obferu. VII. et VIII. p. 157. sq. Dan-
SENNERTVM de febribus; edit.
cit. not. e.) Lib. IV. Cap. XV. p. 557.
sq. et Thom. WILLIS. pharmaceu-
tic. rational. Sect. V. Cap. III.
p. 90. sq. edit. Opp. citat. not. e.)
vt Io. WIERVVM de morbis incogni-
tis; Sebastian. EGBERTI schol. in
B. Dada-

pe dictus, est febris sudatoria (§. III.) ἐφήμερος g).
Quam inuasit primum, regioni b) cognomentum debet.

Quam-

Dodonaci praxin; Ioseph. DVCHESNE f. QVERCETANVM in diaetico polyhistorico; Gabriel. DE FONSECA in consultationibus; Io. LANGIVM in epistolis medicis et Salom. ALBERTI orat. de sudore cruento praetermittam: vel non medica et alieni argumenti scripta, praecipue historica; e quibus, si Anglicam grassationem spectes, commodissime videsis Franc. BACON. DE VERVLAMIO historiam regni Henrici VII. Angliae regis; quae, post separatam editionem, reliquis eiusdem operibus iuncta publici iuris facta est Francofurt. ad Moen. clo lclxv. fol.; si vero Batauam, Theod. SCHREVELII Harlemum s. urbis Harlemi historiam. Lugdun. Batau. clo lclxxxvii. 4. aliaque adhuc plura. Inter Msc̄tos de hoc sudore libros FORESTVS cit. loc. celebrat Ioan. TYENGII tractatum de sudore anglico; qui potissimum ea exponit, quae ab hac febris Amstelodamensibus acciderunt: WEDELIVS vero dissert. cit. chronicon quoddam msc̄tum Erfurt.

*) Dissederunt nonnulli, inter quos praecipuus Gabr. DE FONSECA libr. cit. not. f) a reliquis medicis in determinando hoc speciaiori caractere atque hanc febrem negarunt esse ἐφήμερον. Verum

qui nouerit, typum, hoc est, totum intensiois et remissionis ambitum denominandarum febrium primarium fere esse argumentum; facile hoc huic febrim concedet nomen, si ex supra disputatis intellexerit, vniuersam huius periodum XXIV horarum spatio plane esse absolutam. Confer quoque viri celeberrimi, Ioan. IVNCKERI *Consp. medicin. theoret. pract. Tab. LVII. II. 2. pag. 479.* edit. Halae, MDCCXXXIV. in 4. Caeterum nollem ab iis taxari, qui, si viderint, me sudorem hunc, ab aliis inter febres continentes relatum, febrium continuarum sodalio adiungere, statim existimant, incongrue id factum esse atque minus accurate. Hi enim si didicerint, febrem continentem, continuis febribus, tanquam suo generi, esse subiectam ideoque a *παραλόγως* continuam simpliciter talem appellari, non sane haberent, cuius me subaccusent. Plura hac de re si edoceri velint, conferant Ioan. Henric. SCHVLZII *dissert. generalia de febribus tradentem.* Halae, MDCCXLII. §. XV. pag. 17.

b) Maximo progressu magnisque itineribus totum fere orbem, qui septentriones spectat, pestilens hic sudor perambulauit. I. Anglicam

anno

Quamuis vero hac in febrī praecipuum, unde dignosci potuit, signum sudor fuerit continuus statimque ab initio irruens: eundem tamen alii quoque adfectus, aequē incommodi ac graues, suis accessionibus molestiorem mi-

B. 2 nusque

anno MCCCCLXXXV, subauctu-
 mini initiis, cum mensis declinaret
 Septembris, die circiter ipsius vi-
 cesimo primo, ingressus, prima et
 antehac inaudita ibidem edidit fae-
 nitiae suae experimenta et exeunte
 demum Octobri mense ab inferen-
 da hac clade desitit; teste *Franc.*
BACON. DE VERVLAMIO libr.
 citat. not. *f*). Sed veremur, ne
 quis nos in errore versatos existimet,
 cum plerosque alios natale
 tempus a nostro diuersum huic des-
 tinare sudori viderit; at sciat ille,
 duces nostros, annales hos *Baco-*
nianos, tam ob accuratum in com-
 putandis annis ordinem, quam ob
 insignem eorundem apud viros do-
 ctos existimationem a nobis quo-
 que prae reliquis fide dignos esse
 habitos. Hinc egregie falli arbi-
 tramur eos, I. qui anno MCCCC
 LXXXVI, atque ad haec ineunte
 iam mense Augusto, morbum hunc
 sudoriferum narrant exortum; e
 quibus *WILLISIVS*, ipse Anglus,
 partim in priori *pharmacut. ration.*
 editione, nimirum *Oxonienfi*
 MDCLXXIV. 4. in eundem erro-
 rem vulgari raptus est opinione;
 partim vero in nouissima Opp. ip-

fius editione Belgica, citata not. *e*)
 errore priori emendato, noua atque
 aliena typhothetae incuria, annum
 toto saeculo recentiore, nimirum
 MDLXXXV, huius febris natalitii
 adiudicasse videtur: 2. qui annum
 MDXXVIII, siue potiori ratione
 MDXXVIII, natalem statuunt;
 hac infecti persuasionē, quod eo-
 dem anno, malum hoc in Anglia
 recrudescens, hinc demum primo
 ausu aliorum migravit: 3. qui An-
 glos quadraginta integris annis ma-
 lignissimo hoc sudore indefinenter
 vexatos dicunt; namque a) supra
 iam *EBACONE* primi huius sudato-
 rii insultus cessationem definite
 scripsimus: b) ex pluribus scripto-
 ribus medicis atque historicis, iis-
 demque Anglis et eodem, quo sae-
 uiit morbus, tempore viuētibz
 constat, diuersis admodum interual-
 lis febrem hanc sudoriferam in Ang-
 los impetum fecisse, quo nomine an-
 ni MDVI, MDXVII, et MDXXVIII,
 citantur, semper vero, saltem intra
 semestre spatium, plerumque au-
 tem intra duo menses ipsius vim de-
 feruisse: c) facta in exteris regio-
 nes migratione semel tantum, anno
 nimirum MDLI, in Angliam re-
 diisse

nusque tolerabilem effecerunt. Quorum symptomatum complexio quo clarius adpareat, mea faciam *Sennertiana* verba, a WILLISIO aliisque intelligentibus, si iunctam cum dicendi breuitate accuratam velis narrationem, plurimi aestimata. *Tanta*, inquit SENNERTVS i), *febris huius*

diisse memoratur; vnde recte WILLISIVS loc. cit. ea discussit, quae aliqui, V. C. QVERCETANVS et FRACASTORIUS libb. citatt. not. f) de feminis huius morbi in Anglia interdum repullulescentibus fomniarunt. II. Anglis sat abunde diuexatis, tandem, cum inter illos anno MDXXXVIII denuo luctuosam edidisset stragem, insequenti proxime anno haec febris, relicta Britannia, Dendaledonium oceanum transiecit & in Norwegiam se appulit. Extemplo incredibili celeritate, tamquam pestilenti quodam fidere euomerentur, vniuerso septentrioni eodem anno incuberunt hi sudores. Sudarunt Norwegi, Sueci Dani- que; sudarunt Borussi Polonique; sudauit denique bona Germanorum pars et vbiuis videris

- - - *quassatis vndique vastis*
Diffuere humorem et laticem disce-
dere, - - -

- - - *a fumis quoniam disce-*
dit in auras.

LVCRET.

Singulariter vero atque furenter copiosas quasdam vrbes haec lues inuasit; quarum nobiliores sunt, Hamburgum, Brema, Lubeca, Ro-

fochium Gedanumque: hinc ad tractum magis occidentalem versa, Germaniam permigrauit transuersam et inprimis Erfordiae, dehiinc Coloniae Agrippinae, Aquisgrano Leodioque minitata est depopulationem. Tandem III. postquam ipsa quoque Galliae confinia attigisset, in Belgio substitit declinante anni MDXXVIII. aestate, ibique vno quasi adflatu exitioso Flandros, Brabantos, Geldros, Transisalanos, Traiectinos Hollandosque infecit, vt tum temporis domestica sedes et altera fere sudoris huius pestilentis patria Belgium fuerit exflimatam. Hinc demum, lecto oceani littore, Zeelandiam peruenit et ibi a cladibus in humanum genus porro inferendis conqueuit. Atque hae fuerunt infamium horum sudorum origines, hi exitus: quorum enarrationi eo accuratius uacauit; quo minus ingratum fore lectoribus meis censui, ea legere relata, quae ab aliis scriptoribus aut penitus praetermissa sunt, aut saltim perturbato temporis annorumque ordine commemorata.

i) Libr. citat. not. e) pag. 557. sq. quocum conferendos commen-

do

huius malignae initio fuit truculentia, vt, quam primum urbem aliquam inuaderet, singulis diebus quingentos aut sexcentos k) occuparet, et ex aegris primo vix centesimus quisque euaderet. Correpti enim statim, sine bubone, carbunculo exanthematibusque, languore dissoluebantur et animo deficiebant, cum summa virium abiectio, inquietudine, καεδιορμῶ, capitis dolore, pulsu crebro, celeri, inaequali, cordisque palpitatione maxima; quae nonnullos, qui ex hoc morbo euaserant, per duo vel tres annos, nonnullos per omnem vitam comitata est. Sudore vero diffluebant perpetuo et copioso, qui non finiebatur, antequam morbus solueretur; quod intra XXIV horas contingebat. Nam qui sudorem conuenienti regimine non proliciebant et impatientius calorem ferebant auramque frigidam captabant, ii omnes subito intra XXIV l) horas moriebantur.

B 3 iam

do WILLISIVM in *pharmaceut. ration.* Sect. V. Cap. III. p. 91. edit. Opp. citat. not. e), Ioann. FREINDIVM in *historia medicinae*, part. III. pag. 186. seq. edit. Lugdun. Bat. c1600. in 12. mai. quae gallico sermone ex anglico transcripta prodit et Geo. PASCHIVM in *inuentis nou-antiquis*, Lips. 1700. in 4. pag. 385. sq. Cap. VI §. 22.

k) Scilicet commune hoc est omnium, qui huius sudoris historiam commentati sunt, testimonium; vt adeo difficile non sit ad fidem, tam insignem adfectorum hominum numerum adfirmare. Atque vt singularibus exemplis dicta consent, *Sebastian. EGBERTVM* excitabo, libri not. f) commendati cap. XVII. referentem, Am-

stelodami hac febrī, quae die XXVIII Septembris anni MDXXVIII accesserat, duo hominum millia intra quatrimum esse correpta; a quo etiam non dissentit *Io. TYENGIVS, FORESTO* interprete lib. cit. not. b) pag. 157. sq. Idem accidit Harlemo, qua in vrbe nulla fere domus fuit, quae aegros non contineret animam exsudantes; teste *Theodor. SCHREVELIO* loc. not. f) citato. Neque alia mitiora his chronicon refert mētum Erfurtense; vt pote quod, exponente clarissimo *WEDELIO* disert. not. f) cit., a sudore hoc plura hominum millia anno superius dicto obiisse adfirmat.

l) Sed paucioribus hic soluti morbi terminus contigit; quippe aliis

iam abunde fatis truces comites huic sudori ad humanum genus infestissime atrectandum semper suffecerunt. Quippe singularibus medicorum obseruationibus constat haud raro priora symptomata in terribile suscepisse sodalium modo anginam *m*) atque ex eadem enatam pulmonum inflammationem; modo coma *n*), tum somnulosum, tum vigil, et, quae haec sequebantur, vertiginem, visus inconstantiam et *δυσσέσησις*; modo grauissimas neruorum conuulsiones; modo denique ventris dolores et ad eos accedentes vomitus mox biliosos, mox vero subruentos. Quae vero nonnunquam, sed perraro, extremum horum malorum agmen constituerunt, tubercula *o*) parua, aspera et scabram facientia cutim, tantum abest, vt statim febrem

hanc aliis intra quinque, aliis intra decem, nonnullis denique intra duodecim horas animam cum sudore effluentibus: de quo cf. FORESTVS loc. cit.

m) Mortiferum huius adfectus hac in febre superuentum memorat e FORESTI Opp. citat. Lib. VI. Obl. VIII. *Io. Geo. PILLING* in *diff. de sudoribus*, Ienae MDCXCVII. habita, p. 14. §. XVIII. Mihi vero e *Forestianis* verbis hoc saltem liquere non distiteor, quod ad febres quasdam pestilentes, Hornam anni MDXV. & Amstelodamensem atque Antwerpiensem anni MDXVII, faucium pulmonumque se adiunxerint inflammationes. At haec ipsae febres eademne fuerint, ac sudor Anglicus, nec ne? meo quidem iudicio, non distincte fatis ex iis, quae hic differit FORE-

STVS, constat. Atque ad hoc accedit, quin adfirmem, quod ipsum annum, quo primum Belgio febris Anglica sudatoria incubuit, supra iam (not. *h*) III.) annis modo nominatis recentiorum demonstraue- rim. Caeterum vero in Britannico sudore facillimam fuisse anginae atque peripneumoniae accessionem, non habeo, cur negem.

n) Singulari hoc testimonio incogniti auctoris *Miscti chronic. Erfurt.* apud WEDELIVM (cf. not. *f*) noui. Morbo correptus, inquit ille, vrgebatur in somnum profundum, cui nisi contra iretur, agitando, hinc inde locando, gestando, ne obdormisceret, moriebatur. Quocum conferenda in super est citata WEDELII dissert. p. 21. sq.

o) De his tuberculis videtis FORESTVM loco saepius cit.

hanc sudatoriam fecerint ἐξασθημότατον, vt potius tantum inter ea putem numeranda, quae praeter indolem huius morbi contigerunt. Conuenientior autem cum naturarum febrium et ipsa inter singularia signa, vnde morbi dignoscuntur, ponendus est nidor *p*), quem sudantes spargebant, olidus, teter atque odoratu grauissimus: qui quidem statim percipiebatur, simul ac maligno isto sudore aegroti diffluebant. Cuius quidem sudoris accessionem antecedebat, vt fit in febribus, horror, dimidiam saltim horam edurans; cui dein calor subdolos et inaequalis, sudoris comes, succedebat. His itaque disputatis, quae ad Anglicam hanc febrem sudoriferam intelligendam faciunt, non euoluemus hoc loco, quae eiusdem de causis varie multumque a medicis atque philosophis disceptata sunt; cum nostri interit instituti, succinctam tantummodo huius morbi historiam composuisse. Ex iis tamen, quae infra de sudore generatim differuntur, quo de huius quoque sudoris causis aliqua constant, nostri negotii putabimus, vt curate adlaboremus.

§. VII.

Venitur nunc ad alteram quandam febrem sudatoriam, (§. III. V.) in qua minus truculentiae fuit atque diffusionis, plus vero, nostra quidem memoria, infamiae. Piccardicum *q*) appellare liceat sudorem, vt idem, quod Anglicus, ius adipiscatur suum suaeque patriae atque hospitio fiat cognomen. Atque is quidem febris

p) Graecolentis huius sudoris idem FORESTVS passim in Obs. VII. & VIII. Libr. VI. Oper. citat. meminit.

q) Piccardicae huius febris historiam, quae apud nos adhuc non satis cognita est atque explicata, ple-

nus forsan absolutiusque meos edocuissem lectores; nisi accipiendarum huius rei gratia litterarum spe, a quibusdam amicis Lutetiae Parisiorum degentibus, mihi iniecta, paene nunc excidisset. Quare ea tantum in praesenti breuiter per-

febris est sudatoria (§. III.) *ἰσχυροσ. 7)* Neque enim, si naturam huius exceperis vsquequaque mitiorem, vlllo alio modo haec a priori erat discriminata febris, praeterquam quod trium dierum ambitu, donec solueretur, circumscripta fuerit. Quos adorta est, pilis leuiter erectis primo inhoruerunt; mox vero, enormibus perfusi sudoribus, aestuosum simul senserunt calorem, grauissima stipatum siti, a quo, parum per temporis interualla remittente, triduo demum exacto releuati sunt. At suos quoque hic sudor habuit comites graues, periculosos, funestos:

stringam, quae ex publicis nouarum rerum annalibus mihi innotuerunt. Aliquoties iam Piccardis infesta fuit haec lues, neque, quod mireris, vnquam ausa est eosdem hos Piccardiae fines transgredi caeterisque Galliae prouinciis necem inferre. Viginti tribus circiter annis ante Ambiani [*Amiens*] maligno hoc sudore laboratum est. Anno vero proxime praeterlapso, MDCCL, plures Piccardiae vrbes ab eodem occupatae sunt. Quippe, Iunio mense, Bellouacum [*Beauvais*] adeo truces eiusdem insultus sustinuit, vt ipse vir clarissimus, BOYERVS, qui Gallorum regi a consiliis medicis est, quo mederetur huic malo, illuc missus sit. Qua ab vrbe cum abiisset demum morbus, Bellemontium ad Oesiam [*Beaumont an der Oise*] et Montem sancti Desiderii [*Montdidier*] se transfudit: tandem vero, sub Iulii mensis decursum, iterum euauit. Quam febrem maxima ab

initio truculentiae et depopulationis fama praecessit, minima secuta est. Nisi enim leuifidas Parisiensium litteras publicas existimemus, aegroti, quorum primo mille et trecenti obiisse perhibebantur, numero dein rectius computato, vix tres supra centum hoc consumti morbo inuenti sunt. Quod denomine restat febris haec sudatoria communiter et velut eminenter a Piccardis la Suete, hoc est, sudatio appellatur.

*) Characterem hunc, quem huic febrī speciatim supra adiudicavi, omnemque reliquam a me explanatam huiusce morbi *διελύπωσιν* coram exposuit mihi amicus quidam, qui ante hos tres et viginti annos ipse ex Ambiana decubuit febre et feliciter emerfit. Quod si vero rectoria his olim per litteras e Galliis edoctus fuero, non sinam, vt lectores mecum mei in errore sint permanfuri.

nestos: tamquam id solum agi necesse fuerit, ne prioris sudoris consortio atque adfinitate indignus videretur. Enimuero, vt insignem animi viriumqum non commorem prostrationem, subito plerique aegrotantes deficiebant et prae angustia praecordiorum difficulter spirabant: quin etiam haud paucis adfectum *πνεύματος* accessione spiritus adeo interclusus est, vt in extremum venerint strangulationis periculum. Neque de cordis palpitatione, neque de vagis comitialis morbi insultibus nonnullorum aegrotorum rarae fuerunt querimoniae. Quae singula incommoda quicumque per triduum sustinuit, in vado fuit et breui tempore post penitus emerfit.

§. VIII.

Quae nunc supersunt, febrium quarundam sudatarum historiae, in antiquorum medicorum monumentis passim expeditae, parum me remorabuntur; ne haec dissertationis meae particula, iam satis protracta, propoliti formam excedat. Atque has quidem, quantum ego iudico, commodissime febres sudatorias (§. III.) typi, quem medici vocant, inconstantis definiuerim. Namque si considerenter ea, quae in his acciderunt, symptomata: horrores, dein aestus continui, sudores nimii, intempestiui, et *ἀνέμοι*; in nonnullis sopores, animique defectiones et alia cum prioribus febribus communia incommoda: quam confeci, definitio a vero non profus aberrasse videtur.

§. VIII.

*) Specimina huiusmodi febrium passim legere me memini in HIPPOCRATIS *libris popularium*; v. c. libr. III. sect. 3. p. 724. et 727. lib. V. sect. 28. p. 789. et libr. VII. statim sub initio p. 824. editionis *Opp.* HIPPOCRAT. curante Io.

Anton. VAN DER LINDEN Lugdun. Batav. anno cIo MDCXLV in lucem duobus voluminibus emissa. Nec inepte huic classi inferi possunt cae febres, quas GALENVS *de different. febr. τὸ πάθος* et *ἐλάττους* nomine explicatas dedit.

§. VIII.

Ex his itaque haecenus disputatis tum sudorem Anglicum, tum Piccardicam febrem, tum denique febres quasdam veterum sudoriferas maxime inter se conuenire et velut propinqua cognatione semet ipsas attingere, demonstratum reor. Quippe omnes fuerunt febres continuae simulque acutae, in quibus hoc peculiariter accidit, vt, sub primum statim febris accessum, intemptius idemque continuus se adiunxerit sudor, quo suscepta in humanum corpus materies aliena atque peregrina nouo hospitio iterum eiiceretur: vt reliquorum symptomatum conuenientiam consensumque praetermittam.

§. X.

Sed nunc in viam, qua incedi oportet, e diuerculo redeundum est. Dum enim pro edendo inaugurali specimine dissero, id negotii mihi iam datum video, vt, quam ob rationes superius iam expositas, suscipiendam putavi, commentationis de vnius lateris sudore elucubrationem absoluam. Quam quidem duabus partibus subsecuius commodissime comprehensam volui; ita nimirum rem meam acturus, vt, primo natura sudoris generatim explicata, in ipsius dein particularis huius sudoris indolem causasque speciatim inquiram, et deriuatos ex hoc diuersos corporis mei adfectus suis ex originibus euoluam. Cui opusculo, diuino adnutu perficiendo, beneuolentiam lectorum non plane defuturam spero; nisi, quod tamen nollem, in eiusmodi hominum manus inciderit, qui idem hoc primitias esse academicas aequo et humano animo non pensitant statimque omnia, pro suo, cui satis ignominiose insenuerunt, carpenti pruritu, maledictis, ex triuio aut ex scurrarum aliquo conuiuio arreptis, infectantur.

DISSER-



DISSERTATIO MEDICA
DE
VNIVS LATERIS SVDORE.

CAPVT I.
DE
SVDORE GENERATIM.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

- I. *Instituti ratio.* §. I.
 II. *Vaporum in corpore humano exhalatio*
 a. *perpetua demonstratur experimentis* §. II. III.
 α. *diuersi generis;* §. II.
 β. *inprimis staticis.* §. III.
 b. *pro diuersa indole vocatur*
 α. *transpiratio insensibilis.* §. IIII.
 β. *sudor,* §. V. cuius explicantur
 aa. *organa secretoria,* §. VI. VIII.
 i. *generatim cutis,* §. VII.
 - *eiusque pori:* §. VIII.
 2. *speciatim arteriae cutis lymphaticae.* §. VIII.
 bb. *causae:* §. X - XIII.
 1. *aër humidus temperate calidus;* §. XI.
 2. *ipsa effluua cutis,* §. XII. XIII.
 αα. *copiosiora;* §. XII.
 ββ. *viscida.* §. XIII.
 3. *vasa nimis laxa.* §. XIII.
 cc. *materies exsudata.* §. XV.
 III. *Ad alterum caput transgressio.* §. XVI.

§. I.



eneratim nunc de sudore acturis, quo luculentius ea, quae singulari vnivs lateris sudori explicando conuenient, intelligantur, nequaquam nobis animus est, plenius verbosiusque docere, quae ex vniuerso phylicarum atque, quod vsitatum apud medicos nomen

men est, physiologicarum doctrinarum ambitu hanc in rem (1) euoluissent; nedum liberiore persequi scriptura, qua ratione quibusue adminiculis humores, si vniuersim summatinque spectentur, in humani corporis compage inter se disungantur disijunctique singuli partim in peculiaria deriuentur receptacula, partim vero, commodis immixti emissariis, tandem e corpore

exter-

(1) Quo minus enim multis de sudore generatim agerem, alias inter causas permouerunt me praepriis partim elaboratissimae huius argumenti pertractationes, a diuersis viris medicina illustribus eiusmodi insertae libris, in quibus de humani corporis viui sanique *in nouis* sigillatim praeeperunt; partim singularia ea commemorata, quae secreti huius excretique humoris, tam insensibilis, quam sensilis, exposuere rationes; partim denique ipsae dissertationes academicae, in quibus peculiariter de sudore cognataque huic exhalatione inconspicua disputatum est. E quibus ista quidem priora passim hic a nobis excitabuntur; postrema vero haec, academica specimina, lectorum pace, strictim commemoratio persequemur. Atque haec quidem, quas nominamus, dissertationes sunt: I. *de sudore*, praef. Henrico PETRAEO, auctore Io. Philippo MOLTHERO, Marburgi Cattorum habita, dein coniunctim cum *Henrici PETRAEI agonismatibus medicis Marpurgensibus* typis exscripta Marpurgi c160cxviii. in 4. II. *de sudore*, auctore Laurent. BRAVN. Traiect. ad 4 hemum, c160clxxxix. III. *biga remedium generosorum, siue de remedijs sudoriferis, cum*

praemissis de sudore, &c. auctore Io. Henr. HERLINO. Lipsi. c160bcxch. III. *de sudoribus*, praef. Io. Hadriano SLEVOGTIO, resp. Io. Geo. PILLINGIO. Ienae, c160cxvii. V. *de sudore*, praef. Paul. Gottfr. SPERLINGIO, resp. Io. KOCH. Vitemberg. mdcxcvi. VI. *de transpiratione insensibili*, praef. Ernest. Henr. WEDELLIO, resp. Christoph. GRANZIN. Ienae, mdcxcviii. VII. *de insensibili transpiratione*, praef. Io. Andr. FISCHERO, auct. Gottfr. Michael. NITSCHEI. Erfordiae, mdcxcxi. VIII. *de transpiratione insensibili et sudore*, praef. Io. Adolph. WEDELLIO, resp. Io. Geo. CELLARIO, Ienae, mdcxcxviii. VIII. *Observationes quaedam de sudore*, praef. Io. Henr. SCHVLZE, resp. Carol. Fridr. GAECKELIO. Halae, mdcxxxviii. X. *de transpiratione insensibili*, praef. Io. Hier. KNIPHOFIO, auct. Io. Iodoc. KÜCRIO, Erford. mdcxxxviii. Consilio omissa est impudentissimi cuiusdam hominis, Samuelis Gerhardt, Cizensis Mistici, *dissertatio de sudore*, praef. Hieron. FVDOLFF, Erfordiae, anno mdcxxii habita, quippe quam et *Sperlingiana* nostra, nefando furto litterario, ad verbum exscripsit.

(2)

exterminentur. Operae tamen pretium erit institutique ratione deinde in peculiari nostri sudoris explicatione necessariis destituamur fundamentis, breuissime tantum verbisque maxime ad compendium collatis perpetuum illud, quod in cuti contingit, singularis cuiusdam liquidi effluuium exponere atque declarare.

§. II.

Vaporum e nobismet ipsis exhalatorum perpetuo velut nimbo, quem vulgo atmosphaeram dicimus, inuolutos nos esse, vel ipsi negligentius attendenti quotidianis constare potest experimentis. Siquidem continue halituosam quandam auram e corporis humani superficie exprimi ferique vaporationem, luculenter demonstrant: I. corpora quaeuis laeuia, frigida simulque sicca, quae si propius ad cutim, vel citra mutuum contactum, applicentur, nubecula statim obducuntur (2); II. peculiaries ipsi, qui ab humanis, praesertim laborantium, corporibus efflantur, odores, quos, quo propius ad cutim olfeceris, siue partis cuiusdam frictione magis excitaueris, eo senseris distinctius; III. ipsa, quam diximus, atmosphaera interdum adspectabilis, tam gelida hieme, (quod inprimis in

C 3

equis

(2) Vulgaribus exemplis notum est, specula, orbes stanneos, numos recenter cufos, atque id genus alia, si digitis comprehendantur, ea parte velut obnubilari. Quibus obseruatis merito illud quoque iungimus, quod frigida tempestate fenestrae conclauium, quibus homines insunt, denso vaporum quasi velamento obtendantur.

(3) Eximie haec contrario exemplo illustrari possunt. Memini enim me alicubi in *Aetis Anglicanis* legere, quod cuidam perspiratio haec

occulta adeo fuerit repressa atque subblata, vt per tres hebdomades industria vsu trita nullum plane contraxerint inquinamentum. Atque quominus intaminatam hanc interiorem tunicam ad alias causas transferamus, distuladet aliud eiusdem generis exemplum, in iisdem *Aetis* relatum, hominis cuiusdam, qui, cum etiam industria quinque hebdomadibus integris nullis polluta fordibus gerere posset, a coërcitis atque auctis intra corpus humoribus tandem in aquae intercutis morbum incidit eodemque decessit.

(4)

equis concitatis contingit,) quam mediis aestatis caloribus, si apricanti cuidam homini nudi sui capitis umbram candidissimo pariete exceptam obseruare lubeat a); quid? quod dormientes, si, stragulis deductis, post accensam candelam conspiciantur largiter velut fumare videntur b); III. indusia, sine conspicuo vaporum effluuio siue sudore inquinata atque olentia (3); V. denique sensus frigoris c) ab aëre verius nudam cutim moto (4).

§. III.

At qualibuscunque his experimentis longe euidentius planeque exacte statica (5) demonstratum est arte, nos, quidquid id

- a) *Exposition anatomique de la structure du corps humain par Jaques Benigne WINSLOW, a Paris, 1732. 4. Traité des Tegumens, ro. 50.* b) *Id. Frider. HERELII cogitationes verosimiles de primario vni pororum in superficie C. H. Altorf. 1732. pag. 11. §. X.* c) *Geo. Erb. HAMBERRI physiologia medica, Ien. 1751. 4. §. DXIV. 2.)*

(4) Nisi enim, qui proxime cutim ambit, aër vaporibus quibusdam perspiratis magis refertus adeoque calidior est eo, qui paullo remotior est, minime profecto, vt exemplo loquar, faeminae flabellulis suis ventilatis calorem refrigerarent; cum id tantummodo iis efficiant, vt remotior a corpore aër propius ad cutim appellatur huicque contigui aëris locum occupet. Cuius rei rationes solide videlicet euolutas in excellentissimi viri, *Geo. Erhard. HAMBERRI element. physyc. Schol. ad §. 268. nro. I. §. 443 et 445.*

(5) Celebratius est primi illius per stateram medici nomen, quam vt a quodam, nisi omnis historiae litterariae fuerit imperitissimus, ignorari possit. Siquidem, necubi forte memoria huius viri perennitate dignissima, obliuione delibaretur, ipsa

haec clandestina perspiratio ab inuentoris sui nomine appellationem traxit et dicta est *Sanctoriana*. Verum, vt fit, non desierunt ipsi **SANCTORIO**, qui eum inuenti sui gloria interuertere conarentur honoremque illum ad *Nicolaum DE CVSA*, virum non minus eruditione, ac purpura clarum, deferrent; hanc nimirum iudicii sui causam interferentes, quod duobus fere saeculis ante **SANCTORIVM** iam **CVSANVS** ille in *dialogo de experimentis staticis* coniunctum cum ipsis **Opp. omnibus, Vol. III. Basil. cl6clxv. fol. edito ad huiusmodi experimenta in humano corpore facienda staterae commendauerit vsum. Quam recte iudicauerint, haud equidem scio; hoc autem noui, ante *Sanctorii* **SANCTORII artem de medicina statica, apborismorum****

id est, quam exspiramus, materiae halituosae, non perpetuo solum, verum adeo insigni quoque copia emittere, ut, quod alias fabulam putes, omnes reliquas humani corporis egestiones sola haec superet perspiratio inadspicua. Siquidem, inconstantia licet et pro ipsa naturae, aetatis, temporis, loci morborum, ciborum aliarumque huius generis rerum varietate diuersa sint diuersorum obseruata, ad liquidum tamen calculum (6) reuocata demonfrant, apud nos, quippe prae

risonorum sectionibus septem comprehensam, primo Venetijs, c1606civ. 12. publici iuris factam, nouissime vero cum *Martini LISTERI* commentarijs Lugd. Batau. c1606cxcvii. 12. post plures alias editiones typis repetitam, neminem de ineundis perspirantium humorum rationibus distincte quaedam praecepisse. Quae enim in *HIPPOCRATE* atque *GALENO* et, qui vtrisque aetate prior est, *PLATONE*, siue potius *TIMAEO LOCRO*, de perspiratione dicta leguntur, aliquantam quidem de hac cuticulari excretionem horum virorum notitiam fuisse demonfrant, nequaquam vero ad mathematicas leges exactam. Post *SANCTORIVM* vero plures iique haud ignobiles viri ipsius imitati sunt exemplum. *Robertum BOYLEVM*, meritissimum illum de physicis atque chemicis scientijs equitem, peculiaribus scriptis, *Opp. dein eius varijs*, Genenae, anno c1606cxcviii. in 4. Vol. II. insertis, de mira effluuio *subtilitate*, et de *corporum animalium porositate* differuisse nouimus. *Iacobo KELLIO* *medicinam staticam Britannicam* debemus acceptam, bilustrum experimentorum

foetum, cuius in publicam lucem emissio facta est coniunctim cum eiusdem *KEILII tentaminibus medico-physicis ad quasdam quaestiones, quae oeconomiam animale[m] spectant, accommodatis*; Londini, c1606cxcviii. 8. In Belgio Cl. Io. DE GORTER *opus de perspiratione insensibili* Lugdun. Batau. c1606cxcv. iterumque c1606cxcxvi. in 4. cum eruditius communicauit, paucisque annis post, anno nimirum c1606cxcviii. in 8. eodem loco *Abrahamus KAAV* singularem de *perspiratione Hippocratica* tractatum diuulgauit. *Dionysii* vero *DODARTI*, Parisiensis Galli, de *transpiratione insensibili* libellum, per XX. annos adfectum, non penitus tamen perfectum paresque *MORINI*, itidem Galli, labores ex nomine tantum atque ex iis, quae de ipsis alii recensuerunt, cognitos habemus.

(6) Vt de calculo experimentorum horum accuratius constet, quid in statera a nonnullis speciatim obseruatum sit, breuiter *BOERHAAVII* et *HALLERI* verbis exponam. *SANCTORIVS*, inquit *BOERHAAVIUS in praefect. in propr. inst. med. §. CCCCXXVII. p. 582.*
Vol.

Gallis Italisque magis hyperboreos, quinta d) saltim parte plus per minima ista cutis (7) meacula protrudi atque eliminari, quam per omnes, si vel coniunctim sumseris, reliquas vias, vnde, quae in corpore nostro superflua restant, emunguntur.

§. III.

d) Io. DE GORTER in op. de perspiratione insensibili, Lugdun. Bat. 1736. p. 15. et Albert. DE HALLER in not. ad BOERHAAVE praesent. in propr. institut. med. §. CCCXXVII, not. (e) pag. 383.

Vol. III. edit. Haller. inibat pondus proprii corporis, erat, verbi gratia, librarum 120. Altero die eadem hora erat denuo librarum 120. Sed ponderauerat urinam, faeces aluinas, erant fere librarum trium: cibus vero & potus librarum octo. Cum ergo ad pondus corporis nihil accessisset, ita facile conclusit; reliquas quinque libras adsumti alimenti per ignotam aliquam viam corpori decessisse; vt de octo libris intravnam noctem cibi et potus, vnciae quatuor per aluum egerentur, sedecim in matulam descenderent, quadraginta vero vnciae ad minimum per insensibilem transpirationem exhalarent. DODARTIVS, differit dein ad hunc locum Ill. DE HALLER, Parisiis perspirationem multo minore inuenit, quae ad sensibiles esset, vt 15. ad 12. vel 10. *Medic. static. Gall.* p. 222. ad aluinas feculentum, vt 7. ad 1. p. 224. cum urinae copia fere potui respondeat aequaliter: ib. p. 242. Perspirationem vero vnus noctis vncias 35. non excedere; p. 256. In climate adhuc frigidiore et appetitus et perspiratio minor fuerunt, vt primo CRESSNER LISTERO edixit. Deinde KEILIVS urinae copiam ad 2 li-

bras cum semisse, perspirationis non nisi vnciarum triginta reperit; cum alius quinque emisisset, et nyctemeris adsumta essent vnciarum 75. Adeoque cum in Italia perspiratio ad urinam sit vt 5. ad 2. in Britannia eadem ratio est, vt 3. ad 4. In Belgio DE GORTER adsumta aestimat vncias 91. perspirationem vnus 49. urinam 56. aluinas faeces 8. adeoque erit perspiratio ad urinam, vt 4. ad 3. quod inter Italicas et Britannicas rationes medium est. cf. *de insensib. transpir.* p. 15. vnus vero noctis perspirationem non ultra 24. vncias facile ascendere vidit. Atque haec Ill. DE HALLER. Ipse ego anno MDCCXXXVI. in meo corpore plurima huiuscemodi feci pericula statica; apud amicum quendam, physica atque mathematica, praecipue mechanica, excellenter callentem, adhibendae staterae Sanctorianae opportunam nactus occasionem. Quantum potui, sub examine curate attendi ad omnia, quae coeteroqui perspirationem mutant, v. c. ad aëris calorem et indolem, thermometrorum atque barometrorum indicio definitam, porro ad adsumtorum naturam ipsiusque, quo debebam, loci qualitatem, quam

§. III.

Huiuscemodi itaque tenuissimi cuiusdam fluidi per corporis superficiem excretio (§. III.), vulgari vsuque recepto apud medicos nomine, *transpiratio insensibilis* itemque *Sanctoriana* nuncupatur. Sed, qui rem adhuc subtilius reputare exactiusque definire volunt, dupliciter denuo eandem subdistinguant, et vel *transpirationem insensibilem κατ' ἐξουχην*, vel, si aliquantum conspicatur (§. II. sect. III.) *vaporem e*), graecis διακροισν dictum, appellare malunt (8).

omnino alium . . . §. V.
-omni e) Herin. BOERHAAVII *praeced. cit. Volum. III. §. CCCXXVII. p. 377.*

vulgo vocant. Singula quid memorem experimenta, cum hic strictim omnia dicenda sint? Plurimorum hae fuere rationes: intra diei noctisque spatium adsumta octoginta vnciarum s. quinque librarum erant pondero, e quibus calidi potus circiter quintam absoluebant partem; lotii redditae sunt vnciae viginti octo, faecum sex ad septem: hinc perspiratione sunt occulte vnciae quadraginta quinque siue sex; adeoque perspiratio ad aluinam excretionem fuit, vt 8. ad 1. ad vesicariam, circiter vt 5. ad 5. ad vtramque vero, vti 5. ad 4. vnde calculi, quem supra exhibui, rationem constare volo. Tempestas autem, cum haec instituerem scrutinia, erat moderate calens et ferena semper. Praeter haec etiam aliquoties cum his experimentis electrica coniunxi rotiesque obseruaui, si duae saltim horae ad machinam, quae dicitur, electricatoriam consumtae fuerint, quinque ad sex vncias auctam fuisse excretionem cuticularem; reliquas vero diminutas:

adeoque nycthemeri spatio has priori collatas fuisse, vt i. ad 2.

(7) Litem forsan aliquam praecipitatus, moneo, me ad ea, quae per cuticulares percolantur meatus, eos quoque referre vapores, qui cum aëre e pulmonibus exspirato coniunctim exhalantur. Idoneos enim habeo auctores SANCTORIVM, BOERHAAVIVM, MORGAGNVM, RYVSCHIVM, HALLERVM, aliosque plures, qui totam internam corporis superficiem, ipsorumque adeo quoque pulmonum, epidermide saltim obvolutam simulque tenuissimis spiraculis resertam, solida demonstratione adfirmant.

(8) Sunt tamen, qui ipsum exhalatum fluidum, quamdiu in aëre continetur, siue maneat inconspicuum, siue post excretionem locoque a cute remoto sub adspicuum cadat, vaporis nomine insigniunt. Cf. Ill. *Geo. Erb. HAMBURGERI physiol. medic. §. DXIII. pag. 261.*

D

(9)

§. V.

Eidem vero excretioni (§. III.) si in corporis superficie conspicua fit, *sudor*, (9) siue, vt graeci loquuntur *διαφύεσις* f) nomen est. Tamen si eundem quoque sudorem denuo nonnulli duobus subseciuis dispungunt modis, iubentes, eum, a quo leuissime tantum vda minusque guttata fit cutis (10), *madoris* 9); qui vero in guttas coit, singulariter *sudoris* nomine insigniri.

§. VI.

Physiologicis euictum est praeceptis h), nulla omnino ratione in humanis corporibus, qualemcunque velis, humorem ab alio secerni atque excludi posse, nisi per conuenientia organa, quae dicunt, secretoria (11). Quare, cum ipsae hae

f) Henric. PETRAEI *agonismat. medic. Marburg. cit. not. (1) pag. 72. §. 2. g) ibid.* h) Geo. Erb. HAMBERGER *Libr. cit. Cap. VI. 107. Io. Gotthfr. DE BERGER Physiol. med. Cap. VI. Libr. I. pag. 113. sq. edit. Francos. 1737. 4. et. Geo. HEVERMANN'S Physiologie, erster Theil. Cap. 15. §. 280. Copenhagen. 1751. 8. c. fig.*

(9) Norint, qui grammaticorum delicias amant, *sudoris* vocabulum, graeco fonte detortum esse ab ὕδωρ, aqua; spiritu, quem dicunt, aspero, pro Latinorum more in sibilantem litteram mutato. Vid. A. GELLIVS *in noct. attic. lib. XIII. cap. IX. et Christ. BECMANNI origin. lat. ling. pag. 817. edit. Wechel. Hanou. MDCXIX. in 8.* Quare vero arbores atque plantae, immo saxa quoque et cadauera sudare dicantur, ii disquirant, qui grammaticarum figurarum sunt custodes.

(10) Indiuuiduus sudoris comes et velut praecursor mador est; quem, exempli causa, remittente nimio calore sub febribus, ante perfectum sudorem optime conspexeris. Ve-

rum singulariter quoque et nullo accedente sudore contingit sub somno eorum, qui difficulter sudant; porro post animi defectiones in iis, qui ex hypochondriis vteroue laborant siue strictiori cute teguntur; item denique, si brumali tempore probe frigidi in calidiorum secedimus locum. In vulgus demum notum est, multis admodum manuum pedumque volas perpetuo madere: cui equidem rei non facile aliam statuerim causam, quam maiorem his in partibus cutis a frequentiori vsu tenacitatem defectumque lanuginis.

(11) Etiam si enim veterum recentiorumque aliqui, nescio quae, fermentorum, figurarum, spirituum, archaeorum, ipsiusque quodammo-

do

haec, de quibus nunc loquor, excretiones, fluidi cuiusdam sint emissiones (§. III. V.), atque haec per cuticulares fiant meatus (II. III.): nescio sane, qualem illum putem opinatorem, qui cutem organum quoddam secretorium esse negaret.

§. VII.

Enimvero, quo magis explicate haec intelligantur, admirabilem cutis fabricam ex anatomicorum animaduersionibus euoluemus (12). Atque hoc quidem commune totius corporis integumentum, *cutis* nomine maxime generatim (13) comprehensum, in triplices 1) separatur partes, si idonea exercitati ar-

D 2

tificis

- 1) *Christ. Bernhard VON SANDEN* *dissert. de cutis exterioris morbis*, Hal. 1740. §. CXIV. p. 76. sq. *August. SCHAARSCHMIDT* *Splanchnologische Tabellen*: Berlin. 1748. 8. Tab. I. pag. 1. sq.

do aninulae commenta explicandae secretionum atque euacuationum doctrinae adfinxerunt: eorum nouitamen neminem, qui non simul peculiariora organa fecernendis expellendisque humoribus destinaret.

(12) Equidem probe intelligo, iis, quae de cutis structura hic expositi, subtiliora partim, partim quoque magis controuersa et adhuc sub iudice disceptanda facili negotio ex anatomicis depromi posse thesauris. Verum omnia haec consummatissimis persequi lineis, nec ipse valeo, neque mei interest institui: cum ad eruendos sudoris fontes atque canaliculos hoc a me disputata loco satis esse possint. Quo vero nec aliqua meorum de cute dictorum auctoritate atque adeo fide desinituta putentur, nec iis desim, qui corporis humani siue partium eiusdem pertractiones subtilissima anatomie elaboratas amant, ut in colligendis cuticularis fabricae scriptoribus temporis habeant compendium, de-

data opera insignem locupletissimorum testium cohortem meis confirmandis verbis conquisiui.

(13) Vagam enim atque ancipitem cutis vocabuli apud anatomicarum rerum auctores deprehendimus potestatem. Quouis alio sensu significantius ii cutem dicunt, qui hac sub voce cuticulam annexumque *Malpighianum* rete, porro cutem ita speciatim dictam panniculumque adiposum comprehendunt; quibuscum etiam nos supra conuenimus. Alii vero eadem haec, praeteruisa tantum membrana adiposa, cutis nominini, sed magis speciatim minusque significanter subiiciunt. Summe denique singulariter, si et *irideg-mida*, et telum illud *MALPIGHII* reticulatum adiposumque separaueris pannum, quae superest, cutis appellatur. Qua de re geometrarum more differentem videtis *Christ. Bernhard. VON SANDEN* *dissert. citat.* §. CIV. p. 69. §. CXIV. p. 76. sq. et §. CXXI. p. 86.

tificis manu examinetur. Quam primo statim intuitu summam videmus atque superficiariam, *cuticula*, familiari quoque graeco nomine *ἐπιδερμὶς* appellata, duabus k) denuo partibus constat, quarum exterior peculiariter *cuticula*, altera vero *corpus mucosum* siue *reticulare* MALPIGHII l) vocatur. Illam constituunt duae m) quaedam lamellae, e quibus externa tenuissima innumerabilibus suis squamulis n), pentagonis o), triplicique ordine adaggeratis p), internae fibrosae q) poros oblique r) tegit, ambae vero nullis vasculis s) neruisue t) intertextae sunt; quorum etiam absentia u) in hoc, *reticulo* nimirum *Malpighiano*, deprehenditur, quod caeteroqui tenaciter constat mucos x) et compluribus conspicuis foraminibus y) inter punctum est. Quae vero huic proxime contigua est minusque tenaciter cum eodem cohaeret, altera *cutis* generatim spectatae pars, idem hoc nomen, sed strictius tantum atque singularius, acquires, longe alia perfecta est fabricatione. Si quidem

k) Aug. SCHAARSCHMIDT loc. citat. Lawr. HEISTERI compendium anatom. Altorf. 1732. 8. p. 68.

l) VON SANDEN dissert. cit. § CXXI. p. 87.

m) Freder. RUYSSCHII thesaur. anatom. III. Amstelod. 1703. 4. Ass. I. n. 13. pag. 12. Io. GORHOFFI BERGER de natur. humana, Francof. 1737. 4. pag. 185. Ioan. MVNNICKS de re anatomica. Traiecti. ad Rhen. 1697. 8. p. 3. VON SANDEN diff. cit. §. CXXVII. p. 92.

n) Anton. DE LEEVWENHOEK opera uniuersa, Lugdun. Batav. 1722. 4. speciantim arcan. et contemptat. p. 206. experiment. et cont. p. 45. et epistol. physilog. P. II. p. 205. sq. Iaques Benigne WINSLOW exposition anatomique de la structure du corps humain: a Paris. 1722. 4. T. III. n. 33.

o) LEEVWENHGOECK experiment. et cont. p. 46.

p) Idem ibid. p. 47.

q) Hieron. Fabricius AB AQVAPENDENTE de tegument. anim. p. 438. Albert. de HALLER in not. ad BOERHAAV. praelecti. Tom. III. p. 354. not. (b)

r) VON SANDEN dissert. citat. §. CXXVII. p. 92.

s) Freder. RUYSSCHIVS libr. cit. pag. 4. §. Ass. I. et p. 14 et 15. Ass. I. No. 19. not. 1. Ass. II. p. 34. Eiusd. aduers. anatom. Decad. III. Amstelod. 1723. 4. N. 8. p. 24. 28.

t) Aug. SCHAARSCHMIDT libr. cit. p. 2.

u) RUYSSCH. thesaur. anat. III. T. 2. N. 6. The'saur. V. Amstelod. 1703. 4. n. 74. Marcell. MALPIGHII opera posthuma, Amstelod. 1698. 4. p. 93.

x) VON SANDEN diff. cit. §. CXXI. pag. 87. HEISTER libr. cit. p. 69. WINSLOW libr. cit. T. III. p. 398. §. 14. CASSEBOHM Splanchnae tom. cap. 26. §. 1.

y) RUYSSCH thes. III. aff. 1. p. 15.

quidem illam obseruamus esse membranam z) meris vasculis iis-
que summe exiguis a) neruisque maxima parte inter se in papilla-
rum figuras coalescentibus b) fibrisque tendineis c) contextam et
pilis d) excretoriisque glandularum subcutaneorum meatibus e)
perforatam et demum vniuersim sulcatam f). Tertiam denique
cutis generatim ita appellatae partem constituit *membrana adiposa*,
cuti frictum suntae proxime subiecta, quam maxima vasorum
tam arteriosorum, quam venosorum vis g), veluti reticulata h) in-
numerisque folliculis pingui atque oleosa materie plenis i) vndi-
quaque circumiecta k), componit. Quos vero *poros* dicimus, ii
mera sunt minimorum vasculorum serosorum oscula l), in cute
frictius sumta m) desinentia atque dein in cuticula ex omni mem-
branularum suarum parte reflexa n): quorum alia quidem, quae

D 3

a

- z) HALLER *libr. cit. Tom. III. p. 519. §. CCCCXVII. not.* [a] HEISTER
*libr. cit. T. I. p. 68. RYVSCH in cur. poster. f. thesaur. anatom. ma-
xim. Amstelod. 1724. 4. pag. 12. N. 87. Theaur. VIII. Amstelod. 1709. 4.
p. 24. N. 97. not. 1. WINSLOW libr. c. T. III. p. 305. §. 3. p. 308. §. 14.*
a) RYVSCH *thesaur. anat. X. Amstel. 1716. 4. p. 16. N. 71. aduers. ana-
tom. Dec. III. N. s. p. 24. laq. Croissant GARENGEOT la Splanchno-
logie, a Paris. 1727. 12. (recent. ibid. 1743. 12.) pag. 25. §. 6. CAS-
SEBOHM libr. cit. cap. 26. §. 2. HALLER libr. cit. T. III. §. CCCCXVII.
not. (d) et Aug. SCHAARSCHMIDT libr. cit. Tab. I. sect. II. 2. p. 3.*
b) SCHAARSCHMIDT *loc. cit. p. 4. HEISTER libr. cit. pag. 70.*
RYVSCH *Theaur. maxim. Ass. o. N. 193. p. 28. thesaur. I. Amstelod.*
1701. 4. pag. 36. et *thes. X. p. 39. N. 183.* WINSLOW *loc. cit. pag. 396.*
§. 8. DVVERNEY apud BLEGNY *Zodiac. medico-gallie. Ann. III.*
Geneu. 1682. 4. p. 4. c) GARENGEOT *libr. cit. p. 24. §. 4. et*
reliques modo citat. d) SCHAARSCHMIDT *loc. cit. pag. 3.*
RYVSCH *aduers. anat. Dec. I. Amstelod. 1717. 4. n. 10. WINSLOW*
libr. citat. p. 100. Marcell. MALPIGHIVS de extern. tactus organ.
in epist. anatom. Amstel. 1669. 12. p. 95. c) SCHAARSCHMIDT
loc. citat. et WINSLOW libr. cit. Tom. III. pag. 400. 401. §. 20. 21.
f) HEISTER *libr. cit. p. 70. BOERHAAV. in praelect. cit. T. III.*
§. CCCCXIX. p. 338. g) BOERHAAVIVS *libr. modo citat.*
§. CCCCXVI. pag. 509. seq. SCHAARSCHMIDT *libr. cit. pag. 5.*
h) HALLER *in not. ad BOERHAAV. T. III. pag. 500. not. [f] et*
[g]. i) BOERHAAV. *libr. citat. T. III. pag. 521. §. CCCCXVI.*
Francisc. GLISSONIVS *de ventriculo et intestin. Amstelod. 1677. 12.*
Cap. II. et HEISTER *loc. cit.* k) SCHAARSCHMIDT *loc.*
cit. l) BOERHAAVE *libr. cit. T. III. §. CCCCXXVI. pag. 574.*
m) *Id. cod. §. CCCCXXII. p. 521.* n) *Id. p. 576. §. CCCCXXVI.*
et pag. 557. §. CCCCXXXII.

a lateralibus arteriarum meaculis oriuntur, exhalare o); alia vero, quae venis focia sunt, inspirare atque (14) resorbere p) humores existimantur.

§. VIII.

Enimuero duplex q) pororum (§. VII.) genus (15) est; alterum quidem, quod conspicuum .r) est, magis patulum atque ad fulcorum (§. eod.) latera s) apertum, a pluribus forsitan minimorum vasculorum osculis coeuntibus t) ortum, sudorisque (§. V.) peculiare u) emissarium: alterum vero, priorum interuallis x) vbique interiectum, infiniti .y) numeri tantae-

- o) *Id. pag. 540. CCCCXX. pag. §. 555. §. CCCCXXIII. seq. §. CCCCXXVI. pag. 543. seq. §. CCCCXXI. pag. 555. §. CCCCXXIII. p. 578. §. CCCCXXVI.* p) *Id. pag. 506. seq. §. CCCCXXVI. pag. 543. seq. §. CCCCXXI. pag. 555. §. CCCCXXIII. p. 578. §. CCCCXXVI.* q) HEISTER *libr. cit. pag. 170. WINSLOW l. c. T. III. p. 401. 402. §. 26. 27. Thom. WILLISIVS de medicam. operat. edit. Opp. Blasian. p. 279. Io. Godofr. BERGER physiol. cit. Libr. I. cap. XI. p. 184. sq. 10. Frider. HERELIVS de primario vsu pororum in superficie corpor. hum. Altorf. 1732. 4. pag. 7. §. V.* r) BOERHAAVE *libr. cit. Tom. III. §. CCCCXXIII. p. 550. Nebem. GREW in philosoph. transact. n. 199.* s) BOERHAAVE *loc. cit.* t) HALLER *in not. ad BOERHAAV. loc. cit. not. (n) HERELIVS loc. cit.* u) BERGER *loc. cit. et. BOERHAAVE l. c.* x) BERGER *libr. cit. p. 187.* y) LEEVWENHOECK *Anatom. contemplat. p. 207.*

(14) Humor in humanum corpus reditui vias adstruere venulas cutis vltimas easque in poros, arteriolarum fociarum more, hiantes, res est maxime controuersiosa. Si quidem adfirmantium praeclare vbiuis aestimata sunt nomina: minime vero minor negantium est auctoritas. Quos ego superius secutus sum, BOERHAAVIUS in praefect. cit. loc. supra cit. HALLER *ibid.* in not. VAN GORTER *de transpirat. insensibili. p. 41.* edit. cit. et WINSLOW *libr. cit. T. III. p. 402. §. 27.* aliique admodum celebres viri magno argumentorum apparatu huius gene-

ris venularum causas agunt; maiori vero VON SANDEN *dissert. cit. §. CLVII. p. 126.* in Schol. eandem dubias reddit atque incertas; maximo negat HAMBERRERVS *physiol. §. CXLV. sq. pag. 283. sq.* fierique demonstrat, quidquid est resorptionis, (cui venia sit verbo,) per ipsas arteriolas alioquin exhalantes.

(15) Quod enim Fred. RVESCHIVS *Thef. anat. I. p. 19. N. 3. not. 4. pag. 20. N. 6. not. 1. Thef. an. V. p. 22. N. 92. not. 1. Tract. de Glandulis, Lugdun. Bat. 1722. 4. p. 23.* tertium pororum genus constituit, com

tantaeque paruitatis (16), vt nudam oculorum aciem plane effugiant.

§. VIII.

Sicuti vero quarumvis in corpore humano secretionum adeoque coniunctarum quoque cum his excretionum organa secretoria (§. VI.) vasa esse angustissima arteriosa physiologi 2) demonstrant; minimos vero hos canales arteriosos lymphaticas a) esse arterias iidem docent: merito exinde conficiendum existimo, sudorem, quippe excretionum vnam (§. VI.), etiam vas minimis arteriosis, hoc est, lymphaticis arteriis, tamquam organo secernente, vti. Secretorium vero sudoris organum cutem supra (§. cit.) generaliiori quodam significato (17) nominare me memini; ex quo facile cuius porro consistere potest, si *epidermida* atque *Malpighianum* rete qualibuscunque vasculis orba (§. VII.) esse perpenderit, ex ipsius demum cutis summe singulariter sumtae (§. cit. not. (13)). vasculis arteriosis lymphaticis sudorem secerni atque protrudi adeoque, cum infra cutem nullibi secretus reperiatur b) sudor, secretorium sudoris organum, arteriolas cutis strictius spectatae lymphaticas summe

- 2) Georg. HEVERMANN'S *Physiologie, erster Th. §. 281. p. 462. sq.* BERGER *libr. cit. Libr. I. cap. VI. p. 110.* HAMBERGER *libr. cit. cap. VI. §. CCCXXII. p. 168. sq.* Io. Daniel KVNTSCHKE *de secretione in genere, Vitemb. 1746. 4. §. 19. p. 12.* a) Io. Frederic. SCHREIBER *element. medicin. physico-mathemat. Tom. I. Halae. 1731. 8. Physiolog. L. II. C. II. §. 110. sq. p. 342. sq.* HEVERMANN *libr. cit. §. 80. p. 114.* HAMBERGER *i. cit. cap. III. §. CXVII. p. 64.* b) *Id. cap. VII. sect. V. §. DX. p. 260.*

communi nondum aliorum anatomicorum consensu comprobatur.

(16) Siquidem, si LEEVWENHOECKII fide standum est, singulis cuticulae squamulis quingenti eiusmodi pori teguntur, adeoque, cum vna squamula fabuli grano CCL partibus minor sit, in eodem fabuli

grani spatio CXXV millia pororum contineri liquet.

(17) Eam enim corporis humani partem, quibus vascula peculiariter humorem secernentia singulariter continentur, eiusdem humoris secretorium organum generatim dicimus; ipsa vero vascula speciatim hoc nomine insignimus.

(18)

summe peculiari sensu, cutem vero hanc ipsam latiori, cutem denique generatim ita dictam (§. VI. VII.) latissimo appellari.

§. X.

Tenuissimi cuiusdam fluidi, alias per cutem occulte exhalantis, conspicuam excretionem sudorem diximus (§. V.): quare breuiter nunc explicandum erit, quibusnam de causis tenuis illud liquidum, per arteriolas lymphaticas (§. VIII.) et sanguine in cutis superficiem aduectum, adspicuum euadat. Qui physicas leges humani corporis mutationibus applicant, solidis euincunt demonstrationibus, singulos c) vapores e cute prodeuntes statim ea, qua emanant per poros, copia ab aëre auferri; vt adeo, impedito subtilium horum humorum coitu, sub adspicuum cadere nequeant. Quaecunque itaque impedimenta erunt, quo minus exhalata fluida ab aëre eleuari atque recipi possint, sudoris (18) erunt causae.

§. XI.

Atque si ipsum quidem aërem consideraerimus, facillimum atque copiosum ab humida eius d) constitutione sudoris prouentum deprehendemus: moderate tantummodo caleat, ne, si frigerit, poros confringat ipsaeque adeo exitum praecludat perspirationi. Qua sub indole, cum aër tam insigni aquearum particularum iam oppletus sit vi, quantae sustentandae (19) sufficit; qui e corpore exhalantur, vapores humidos vt minus absorptas et in cutis confluentes superficie relinquat, necesse est.

§. XII.

c) HAMBERGER *libr. cit. Cap. VII. Sect. V. §. DXXXVII. p. 278. sq.*

d) HAMBERGER *libr. cit. §. DXXXVIII. 3) p. 280.*

(18) Cui plura hanc in rem apte atque eximie disputata cum nostris conferre lubet, ipsi commendatam volo *disser. de medicamentis diaphoreticis eorumque in C. H. agendi modo*, praef. Illustri viro, *Andr. El. BÜCHNERO*, praeceptore meo quoniam pietatis nomine commemorando, habitam Erford. clocxliii.

(19) Ex his quoque intelliguntur sudores in angustiis atque depressis conclauiibus largiter plerumque effusi. Namque cum in his, praefertim si probe clausa fuerint, breui tempore perspirata fluida *Sanctoriana* ipsum aërem penitus impleant, quae deinde exhalantur, vbi consistant in aëre, locum non habent.

§. XII.

At ipsae quoque, quae perspirantur, fluidae particulae, si copiosius e) magisque, quam plerumque fieri solet, conferuntur e canaliculis suis erumpant tantaque copia in cuticularem ruant aream, ut citius in guttas confluant pluresque sint, quam quae ab aere imbibere atque sorberi possint, homines efficiunt sudantes. Cuius quidem copiosioris effluxus rationes f), mox e sanguine solito magis dissoluto (20), mox a concitariori validiorique sanguinis per vasa motu, ipsa sudorifera vascula (§. VIII) dilatante, cui haud raro externus calor et ipsa vehementer corporis sub laboribus agitatio ansam praebet, deriuantur.

§. XIII.

Paullo aliam sudoris rationem obseruamus, si, quae ex osculis vasorum sudoriferorum exeunt, particulae solito magis viscofae g) fuerint adeoque tenaciores. Quamuis enim neque consuetae, neque vel ipsi sub maiore sanguinis commotione auctiori ipsarum emissioni nimium refragentur; ad cuticulam tamen delatae, ampliusque nactae spatium, plures inter se ipsasque *et idem* squamulas cutisque h) sulcos (§. VII.) cohaerent (21): ut adeo aëri, auferendi vim in ipsas molienti,

con-

e) HAMBESERGER *loc. cit.*f) BOERHAAVE *libr. cit. Tom. III.*g) *CCCCXXV. p. 371. SANCTORII medic. static. aphor. 22.*g) HAMBESERGER *loc. cit. p. 280. 3).*h) *Id. §. DXXXVI. pag. 278.*

(20) Maximam eiusmodi sanguinis resolutionem in febribus acutis saepius animaduertimus: quod praecipuum quoque explicandarum febrium sudatoriarum fuisse momentum, si earum causas eruendas nostrum supra putauissemus negotium.

(21) Permultum ipsi harum particularum cohaerenti conducere hos

sulcos, ex anatomico subtiliori liquet. Siquidem, cum pori maiores, (§. VIII.) ordinarii sudoris meatus, ad sulcorum latera, testibus *Marc. MALPIGHIO de extern. tiss. organ. et Nebem. GREW philosoph. transact. n. 199.* hient, exeuntia liquida sibi inuicem insertisque inter sulcos pilis (§. VII.) impingent adeoque, si in primis viscofae fuerint, facilius cohaerebunt.

E

(22)

coniuncta renitantur vi impediuntque, quo minus totidem, ac alias eodem temporis puncto fieri solet, ipsae ab aëre absorbentur. Vnde demum fit, vt, quae superfunt, halituum portiunculae in conspicuas sudoris guttulas coalescant.

§. XIII.

Denique ad extremum silentio non est praetereundum, ipsos quoque canaliculos cutis sudoriferos, si laxi (22) nimis fuerint atque dilatati i), insigni saepius vias patefacere sudationi. Quum enim per dilatata vasa ab arteriarum atque cordis impulsu plures humorum particulae transprimi atque expelli possint, quam ordinaria ratione fieri solet, facile intelligitur, idem demum esse euenturum, quod a superflua expiratorum vaporum copia accidere supra (§. XII.) iam dedimus demonstratum.

§. XV.

Altius his disputatis primas sudoris origines persequi pleniusque disserere, quibusnam ille viribus, tam suis, quam alienis adscitiisque, adiutus, primo cum purpureo isto latice coniunctim spatiosa pererret vasa, dein angustiores totum ingressus canales, eorundem tandem ostioliis per cuticulares erepat squamulas, neque promissi referre mei (§. I.), neque ad institutum meum magnopere video interesse (23). Illud vero ad-

huc

i) HAMBERGER *libr. cit. §. DXXXII, p. 276. et §. DXXXIX. 4).*

(22) Quum in hanc sudoris causam sequenti capite curatius finis inquisituri, ne hic longius disputemus, beneuolos lectores eo volumus relegatos.

(23) Quin adeo Iliada post Homerum canturus viderer, si, post BERGERIANAM, (*de natur. human. C. VI. et XI. et dissert. de secretionem animali*, Vitemb. cl. l. c. c. xii), BURCHARDIANAM (*de secretionem*

humor. in genere Kilon. m. d. c. c. v. i. l.), HAMBERGERIANAM, (physiolog. cap. VI. et VII. sect. V.) et illam MICHELOTTIANAM (dissert. physico-mechanico-medic. de separationem fluidorum in corp. animali. Venet. cl. l. c. c. c. x. i. 4.) et KEILIANAM (dissert. qua rationem humores in corpore animali a sanguine secerantur; in Tentam. medico-physic. Lugdun. m. d. c. c. x. v. i. l. 4.) et GORTERIANAM (libell.

huc minime praetermitti oportere reor, vt de ipsa tenuiffimi huius humoris (§. III. V.), exsudati indole atque materia aliqua expromam. Aqueas potiffimum particulas, falinis atque sulphureis iunctas, sudoris conficere materiam, is facile intelliget, quicumque illum et humectare omnia, et sapere, et olere (§. II. sect. II.) nouerit (24). Verum has qualescunque portiunculas summe minimas esse oportet; siquidem crebriori sanguinis in circulum agitatione attritae atque ab ipsa eiusdem massa abrafae, per exiliffima demum vasa emiffae sunt.

§. XVI.

Atque haec de sudore generatim evoluta sint. Progredimur nunc ad peculiare nostrum argumentum, cuius gratia haec potiffimum disputauimus.

(*libell. de secretione humor. e sanguine*; Lugd. Bat. MDCCXXVII. 4.) tandemque illam elegantiffime fucinctam HEVERMANNIANAM (*physiolog. cit. erfter Th. Cap. XV.*) commentationes, de humorum secretionem tam generatim, quam de hac peculiariter et speciatim aliquid spicilegii explanare vellem.

(24) Neque defunt experimenta, quibus haec vltius explicatae demonstrantur. Quippe vt operosiora chemica omittam, (quae *OTTO TACHENIVS* Cap. XII. *Hippocrat. chemic.* Venet. MDCLXVI. 12. primus pertractauit,) aquam falfam e vaporibus, brachio chemicae, vt dicitur, phialae inserto, collegit *LISTERVS*, quid? quod ipsum sulphur salinaeque cryftalli ex expirato per pulmones halitu opeque pneumatolabii

coercito confecta commemorantur a *Fabric. BARTOLETO* *method. in dyspnoeam*; Bonon. MDCCXXXIII. 4. libr. V. et *Thom. BARTHOLOMEO* *de pulmon. substant. et motu*; Lugd. 1672. 12. S. II. penes quos auctores fides fit. Ipse quoque saepius ope phialae chemicae eiusmodi aquam collegi falfam, eamque cum aqua sudoris e facie adfatim saepe defluentis collecta hydrostaticis experimentis examinatae contuli prioremque illam posteriori hac paululum leuiorem semper deprehendi. Aliquoties etiam in machina electricifactoria (cf. §. III. not. (6).) electricis perfusus materiis, effluuia *Santoriana* dictis modis collegi, et eandem aquam falfam reperi, paulo magis tamen olidam citiusque post aliquot temporis interuallum putrescentem.



* * * * *

CAPVT ALTERVM
DE
VNIVS LATERIS SVDORE
SPECIATIM.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

- | | |
|--|---|
| <p>I. Sudoris vnivs lateris
 a. <i>historia</i>; §. XVII. XVIII.
 b. <i>adfectus cognati</i>; §. XVIII.
 c. <i>causae</i> §. XX.
 α. <i>negatae</i> XXI - XXIII.
 1. <i>aër humidus calidus</i>;
 §. XXI.
 2. <i>perspirati humores</i>
 αα. <i>copiosiores</i>; §. XXII.</p> | <p>ββ. <i>viscidiores</i> §. XXIII.
 β. <i>adfirmata: vasa debilia</i>;
 §. XXIII - XXVI.
 <i>quae efficiunt</i>
 1. <i>ipsum vnivs lateris sudo-</i>
 <i>rem</i> §. XXV.
 2. <i>adfectus cognatos</i>. §. XXVI.</p> |
| <p>II. Conclusio. §. XXVII.</p> | |
| <p>§. XVII.</p> | |

In peculiaris vnivs lateris sudoris explicatione desudaturi, minime id nobis datum negotii existimamus, vt, qui ab accuratis humanae naturae obseruatoribus passim animaduersi sunt, certarum quarundam partium singulares sudores hac commentatiuncula simul exponendos sumamus (25).

§. XVIII

(25) Aliquam tamen mentionem merentur sudor, qui sinistram capitis partem viri cuiusdam post prandium et coenam semper occupauit, teste *Marcello DONATO*, Mantuano, in *libr. VI. de medica historia mirabili*; cur. *Geo. HORSTII*, Francof. c1613. in 8. edit. Cap. II. et perpetuus in volis manuum sudor virginis cuiusdam nobilis, obseruante *Olao BORRICHIO* in *Thom. BARTHOLINI actor. medicor. et philosophicor. Hafniens.*

Vol. V. obs. 76. Hafniae, c1613. c1617.
4. vt frequentius obuios pedum sudores praetermittam, de quibus si lubet, exempla legi possunt apud *Dominic. PANAROLVM* in *latrologismor. pentecost. III. Obs. 16. Romae, c1611. 4. Io. KANOLD* in *Bresl. Saml. von Natur-und Medic. Geschicht. 13. Verf. Mens. Julio, Cl. II. Art. I. §. 3. 19. Verf. Mens. Ian. Cl. IV. Art. 9. et ROSTIVS 24. Verf. Mens. Apr. Cl. IV. Art. 13. Summe singularis quoque *Oligerii PAULI* fuit*

§. XVIII.

Nostri potius interest consilii, ut, quem ipsi experimur, sudoris historiam eosque, qui aliquam cum ipso cognitionem habere visi sunt, adfectus succincta comprehendamus enarratione. Praeter illud, quod dextrum latus peculiariter hic sudor occupat semperque et prior est et copiosior illo, qui in altero latere sub vehementiori demum sudatione exstillat, hoc quoque commemorandum est, ipsum hunc sudorem vel a leuissima causa fieri effusissimum. Atque haec est omnis tam prodeuntis eius, quam permanentis ratio. Quotiescunque lateri dextro imminet, vel moderatissima corporis agitatione, vel temperato admodum calore, vel attenta quadam animi meditatione vel alia quacunq; causa, sanguinis motum etiam perquam leuiter augente, irritatus, primo in dextram genam ea, quae interno oculi cantho propior est, parte madorem (§. V.) emittit parum percipiendum, mox vero celerrime in guttas coit maximas, frontisque, et nasi, et menti, et pectoris et omnis reliqui corporis partem exacte dimidiam largissimo latice perfundit. Qua durante illuue illud quoque singulariter obseruandum est, adfectum atque sudore inundatum latus ad tactum frigere, alterum vero naturali suo tepore esse temperatum. Tandem in sinistro quoque latere sudoriferi pori suos humores emittere incipiunt; raro autem, nisi summa sit sudatio, ultra madorem sudant (26).

E 3

§. XVIII.

fuit sudor, qui, quotiescunque voluit, manum vel sudantem, vel siccam exhibere potuit, referente Thom. BARTHOLINO *libr. citat.* Vol. IV. Obseru. 82. Hafniae, clcclxxvi. 4.
(26) De pluribus huiuscemodi sudoris exemplis dispicienti mihi magnamque scriptorum, qui specialissimas morborum historias medicas-

que obseruationes litteris consignauit, farraginem euoluenti duo tantum huius generis specimina semet obtulerunt. Quorum quidem alterum P. FRANCVS refert *Miscell. Nat. cur.* Ann. IV. et V. Dec. I. obs. 100. de viro quodam Argentonensi, qui in dextro solum latere per omnem vitam sudorem effluentem perpeffus

§. XIII.

Cui quidem sudoris huius infoliti effluentiae varias nonnullas singulares eiusdem lateris infirmitates adiunctas sentio, quarum aliquas, quae ipsum sudorem cognatione maxime attingunt mihi quae indefinenter fere atque perpetuis insultibus infestae sunt, conciso expediam sermone. Potiora in caput intenduntur mala: quandoquidem illud frequentius ex *hypochondriaco* dolet; dexter oculus sinistro multo hebetior est; dextram narrem incessabilis ocludit graedo atque destillatio et ipsa lingua, dextra sui parte, veluti subneruata, difficilius mouetur. Vniuerso vero lateri dextro, praesertim scapulae, femori et tibiae, continui incumbunt rheumatismi. Taceo frequentes dextri pulmonis dolores acutos et veluti punctim illatos, ipsosque insignes ex dextro solum hypochondrio labores: ne diffusius committere et ipsos fines transgrediar dissertationis.

§. XX.

Quod si ad superius disputata (§. X. sq.) respiciamus, constat perpetuo fere ex cordis palpitationibus laborantem, sinistri solius lateris sudoribus perfundi, a viro quodam fide digno relatum accepi. Quod vero nonnulli, qui mihi proximo paterni sanguinis nexu cohaeserunt, etiam circa dimidium tantum latus insudauerunt, illud quidem est, quod mea potissimum refert et vnde forsitan haereditarii aliquid deducere, nisi, quaecumque de huiusmodi haereditatibus praecipiantur, plerumque non satis certa essent, imo a multis iam ipsis figmentis annumerata. Cf. *LOUIS dissert. sur la question: comment se fait la transmission des maladies hereditaires.* A Paris. 1708. cccxxxviii. 12. mai.

constabit, emissa ex cuticularium arteriolarum apicibus effluvia (§. VIII. VIII.) nullo modo adeo confertim confluere posse, vt, in guttas coacta, sub adsp̄ctum cadant atque ita sudoris nomine veniant (§. V.), nisi, vel aër, corpori nostro circumuolutus, humidus et moderato calore sit temperatus (§. XI.); vel ipsi perspirati humores aut solito copiosiores (§. XII.) prodeant, aut legitima alias indole sint viscidiores (§. XIII.); vel ipsa denique vasa secretoria nimis laxa sint atque dilatata (§. XIII.). Ex quo recte meritoque conficiendum existimamus, proximas singularis nostri sudoris origines iisdem ex causis, ex aliquibus saltim, esse eruendas.

§. XXI.

Neque vero adeo solliciti erimus, vt demonstremus, haudquaquam ab aëre (27), qualemcunq̄ is habuerit indolem, sudoris riuulos in vnum solummodo latus deduci posse atque velut relegari. Namque si consideremus, totum corpus ab aequali aëris vi vsquequaque esse circumfusum, quod quidem physicorum constat experimentis; vt humidus etiam atque subtepidus aër (§. XI. XX.), si quam externo corporis ambitui inducit, mutationem inferat vniuersim, necesse est.

§. XXII.

At nec ipsi vapores, largiter per cutis emissi spiracula, ideo, quod copiosiores prodeunt (§. XX. XII.), alterum tantum latus sudore irrorabunt. Siquidem cum ipsa haec effluuiorum copia, siue ex sanguine orta sit nimis resoluta, siue per maiorem agitationem multum rarefacta k), vtroque tamen modo

k) HAMBERGER *libr. cit.* §. DXXXIX. 1.) p. 279. Gerard VAN SWIETEN *commentar. in BOERHAAVII aphor. Hildburghus.* c. lxxxvii. 4. mai. Tom. I. pag. 142. 144.

(27) Quibus verbis minime inficiamur, peculiarem nostrum sudorem etiam a tepida aëris humiditate prouocari posse: sed hoc tantum volumus, sudoris huius causam neutiquam in aëre latere posse, quatenus speciatim sudor est vniuersi lateris.

mōdo nihilominus arteriōlis suis (§. VIII.) vecta sit; neque enim secundum physiologicas leges alia humoribus datur via: cumque arteriōlae istae maiorum vasorum sint propagines I), necesse est, vt exhalantia haec fluida ante sui excretionem cum sanguine in circulum circumacta putemus. Verum enim vero cum ratione aequalium vasorum, quae iisdem continentur, aequalia quoque inter se sint fluida, atque hinc necesse sit, vt vapores exhalandos, si vno eodemque tempore spectentur, eiusdem inter se indolis existimemus; siquidem omnes cutaneis vasculis arteriosis vehuntur (§. cit.): liquido apparet, neutiquam solum e natura ipsorum humorum per spiratorum explicari posse rationem, quare ad vnum latus abundantius ruant, quam ad alterum; nisi simul ad ipsorum vasorum indolem attendatur. Qua de re plura mox dicemus.

Easdem has rationes (§. XXII.) si viscidis cutis vaporibus, sudoris saepe causis (§. XX. XIII.), applicamus, intelligi possit, quare nec ab iisdem vnus tantum lateris sudor expectari possit.

Secretoriorum itaque vasorum debilitatem, atque dilationem ipsi iunctam (§. XX. XIII.), singularem lateri meo dextro sudorem immittere, breuiter dabo demonstratum: Atque vt ante omnia meis lectoribus liqueat, quo potissimum nomine debile vasculum comprehendam, definitio illud, quod fit vasculum, cuius tunicae e debilibus fibris sunt constructae; quae quidem fibrae denuo elementis fibrillisque constant arte non cohaerentibus (28). Ex quo dein, si physicas consiliumus leges, conficitur, varios eiusmodi fibram admittere cohaesionis

I) SCHREIBER *libr. cit. Physiol. §. 151. p. 343.*

(28) Vltius evolutas hac de re notiones suppeditat *Ioan. Frid. BOERHAAV. apbor. pag. 22.* SCHREIBER. *loc. cit. 190. fq. et T. I.*

haesionis partium suarum gradus, adeoque ipsa etiam vascula non constantem debilitatis gradum habere. Huc accedit porro, itidem physicis demonstratum esse doctrinis, quod, quo minus partes alicuius corporis cohaerent, eo minus quoque alteri corpori in illud ipsum agenti resistere posse. Vascula itaque debilia, cum in ipsis debiles fibrae et adeo particulae minus arcte cohaerentes contineantur, impetui humorum minori vi resistent, quam canales robustiores.

§. XXV.

Dextri mei lateris arteriolas cuticulares vasa esse (29) debilia, et laxiora dextris, sub prima mei corporis formatione ita constructa, patebit, si consideretur: primo illud ipsum latus sudare, neque propter tepidam aëris humiditatem (§. XXI.), neque ob copiam (§. XXII.) aut visciditatem (§. XXIII.) exhalatorum per cutim humorum: adeoque ob vascula debilia et a minus satis represso sanguinis impulsu dilatata (§. XIII. XX.); secundo vero me per omnem meam vitam huic sudori fuisse obnoxium.

§. XXVI.

Quum vero vasa laxiora ob minorem elasticitatem a leuissima causa obstrui possunt; ipsa quoque spiracula cutis, pro varia rerum, quas medici vocant, nonnaturalium indole mox occludentur, mox vero iterum patebunt. Sed adactis sub occlusa perspiratione humoribus contingere non potest, quin laterales capitis dolores, oculorum hebetudines, adfectus grauedinosi, quin immo mitiores paralytici, rheumatismique (§. XIII.) accedant, praeprimis eo latere, quo cuticularis excretio

(29) Debilitati facilius contrahendae in arteriis huiuscemodi non sanguiferis hoc quoque ansam dare potest, quod tunica carent muscu-
losa, haud minima elateris vasorum fede. Cf. HAMBERGER *libr. cit.* Cap. III. §. CXIX. pag. 65.

excretio exitu prohibita est. Quorum adfectuum causas qui exactius cum impedito sudoris effluvio conferre cupit, eos adeat, qui de morborum natura atque indole sigillatim praeceperunt. Nos vero, quamquam plurima adhuc de ipso hoc singulari sudore differere et adhuc altius in ipsius causas, praecipue remotas, malique cuiusdam haereditarii suspectas, inquirere animus erat, tempori tamen cedimus et, quod solum superest, academicas has primitias beneuolis lectoribus de meliori commendamus.

§. XXVII.

Antequam vero ultimam dissertationi nostrae admoveamus manum, DEO enixis supplicamus precibus, velit, quam praeteritam ipso auspice exegimus, reliquae omni vitae benedicere, ut omnium nostrorum conatum, in ipsius gloriam aliorumque salutem susceptorum, faustus exoptatusque sit finis.



NOBILISSIMO ATQVE PRAESTANTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.
ANDREAS ELIAS BÜCHNER



ihil omnino reprehendo, sed laudandum
potius et probandum censeo illud T V M
institutum, quo affectum prorsus singu-
larem et rarum, quocum a teneris con-
flictatus huc vsque fuisti, quique haud parum T I B I sem-
per creauit molestiae, speciminis inauguralis loco docte
explanatum sistere voluisti, exemplo aliorum celeberrimorum
ductus Medicorum, qui propriarum aerumnarum
exquisitiore delineatione pluribus prodesse studue-
runt. Lynceis enim plerumque oculis ea peruestigamus,
quae proprii corporis quomodocunque turbant oecono-
miam, dum in illorum indagacione malorum, quae alie-
na opprimunt corpora, saepe coecutimus, et quidem
maxime ob defectum assiduam specialioris obseruationis,
aliorumque necessariorum adminiculorum, ex perfectio-
re satisque perspicua delineatione et expositione sym-
ptomatum se inuicem excipientium, vnice petendorum;

vt vel ideo iam olim celeberrimus RAMAZZINI fat val-
dis egregie demonstratum dederit argumentis, *Medicum*
valetudinarium aptiorem esse ad medicinam faciendam, quam al-
terum inculcata valetudine degentem: quamquam nemo no-
strum sponte sua ad huncce maioris perfectionis gradum
cum qualicunque valetudinis iactura pertingere deside-
ret, longissimeque ab hac sententia recedat vulgi, con-
trarium omnino statuentis, opinio. Gratulor ergo TIBI
Nobilissime Domine Candidate, eximium hocce documentum
optimorum TVORVM in arte nostra salutari acquisito-
rum profectuum, ex quo luculenter satis adparet, quod
valetudo ex hac quidem parte quadantenus infirma, nul-
las plane solerti TVAE industriae vnquam iniecerit remo-
ras, quodque impiger vtique defudaueris in studiorum
TVORVM cursu academico, laudabiliter nunc finiendo.
Non enim festinanter percurristi scholas, vt aliqui solent,
sed iusto vsus es tempore ad maturitatem consequendam.
Honeste igitur, sub tali virium contentione, quae pu-
blicis litat commodis, diffuunt sudores, siue illi sint
naturales, siue praeternaturales. Manabit hinc et TIBI,
doctissime Candidate, ex sudore honor, quem, unanimitate
Ordinis nostri suffragio iam decretum, publice TIBI prope-
diem conferam. Vt vero hic aliorum bonorum causa
euadat certissima, voto TIBI sincero sanitatem inpos-
torem ineconcussam, corporisque robur et vigorem, a Deo

T. O. M. in feros vsque annos adprecor. Vale.

Dab. Halae Magdeburg. III. Nonar. No-
uembr. MDCCLI.

DILECTIS.

DILECTISSIMO COGNATO SVO,
SVMMOS IN ARTE MEDICA
HONORES CAPESENTI,

S. P. D.

D. IOANNES ANDREAS ZIEGLER.

PHILOS. ET MEDIC. DOCTOR.



Si in publica insignis gaudii, huius ex diei solemnitate enati, significatione calamo temperarem, ipse mihi et prolixæ voluntati erga TE meæ, et iis, quæ a me expectari possunt, amoris atque cognationis officiis, multum deesse viderer. Quum enim nouem pæne integris annis meo vsus fueris hospitio, egoque TIBI in artis salutaris studio decurrenti et testis adfuerim, et spectator et, quod præfiscine dixerim, adiutor perpetuus: nullo factum est modo, quin indies eo magis a me dilectus sis egoque TIBI prolixius beneuoluerim, quo propinquiori cæterum nos attingimus adfinitate. Intelligis, amicissime cognate, animum erga TE meum et probe nosti, nulla omnino esse felicitatis vitæque beatitudinis genera, quorum summa meis votis pro TE susceptis non comprehendatur. Quæ cum ita sint, nequaquam facere potui non, vt TIBI confectos academicos annos eosque, quibus hodie ornaris, honores ingenuo animi adfectu gratularer. Quod superest, in TVORVM adeoque meum quoque gaudium et aliorum utilitatem vale, deoque commendatus, res omnes TVAS felicissime age.

Dab. Halæ d. II. Nouembr.
MDCCLI.



G

CLARIS-

CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE
HONORVM SVPREMORVM
C A N D I D A T O

S. P. D.

IO. PET. EBERHARD,
PHILOS. ET MEDIC. DOCTOR.



uos diu mereris honores Doctorales, dum iam, edito egregio eruditionis TVAE haud vulgaris specimine, accipis, non possum quin vota mea gratulabundus iungam votis reliquorum amicorum, TIBI que fausta quaeuis appreter. In laudes TVAS vt hac occasione excurram, eo minus necessarium duco, quo certius scio, omnes, qui non infelici pruritu optima quaeuis carpunt, laudaturos eruditionem, diligentiam et praeclarum ingenium, cuius specimina ampla sane edis in hac dissertatione. Quid enim opus est verbis, vbi rerum adsunt testimonia? In verba itaque me conferam paucissima, TIBI que VIR DOCTISSIME! non gratulor modo transactum feliciter tempus vitae Academicae, sed et opto, vt in artis nostrae emolumentum, sanus diu viuas et felix. Felix autem certe eris, cum felix is omni modo esse debeat, qui, vt TV, felicitatis suae fundamenta solida posuit, non in eo, quod vulgus miratur, sed in veritate inuestiganda, et conferuanda animi tranquillitate. Ita vale SVAVISSIME AMICE! et mihi semper faue.

D. in Reg. Frid. d. II. Nou.

1751.



CLARISSIMO

PRAE-

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO
PET. IMMAN. HARTMANNO,

MEDICINAE CANDIDATO
DOCTORALI DIGNITATE AVGENDO
DIGNISSIMO,

FAVTO RI ATQVE AMICO SVO
HONORATISSIMO, DILECTISSIMO,

S. P. D.

IOANNES GVIL. BAVMER,
PH. ET MED. DOCTOR.



on rerum fluxarum blandimentis, sed scientia atque virtute sapienti nitendum esse, qui ratione non destituntur, vno ore affirmabunt. Huius asserti veritatem non verbis, sed exemplo tuo, ad imitandum exposito, PRAENOBILISSIME DOMINE CANDIDATE, dudum comprobasti. Salutis professionem, tam quae victu et medicamentis, quam quae manu medetur, subtilissime excoluisti; non satis potentem medicinae esse usum, nisi rerum naturalium ratione distincte comperta, probe gnarus. Hinc factum est, vt viri summis ornamentis ingenii atque virtutis praediti, Praeceptores, quos veneramur, puta, praeclara semper de te fecerint iudicia, et vt ego non potuerim non, magnum et amplum de te nullo non tempore cogitare, felixque augurium capere, te maximum aegrotorum numerum certissime prudentissimeque ad sanitatem perducturum calamitateque prohibeturum. Me enim, quantis animi dotibus sis praeditus, quantae artis salutaris praecepta cupiditate hauseris, non fugit. Te etiam maximo virtutis decore conspicuum esse, omnes qui te recte norint, testabuntur, et quotidiana vitae tuae ratio idem extra omnem controuersiam ponit. Haec salutem ac dignitatem sine dubio tibi constituent durabilem, veram. Quarum prodromum honorem doctorem, tibi maxime merenti conferendum, esse duco. Quae cum ita sint, amici officio parum fungerer; nisi ex intimis cordis penetralibus de honoribus istis, non sine magna laude consequendis, gratularer; nam tanto maior ex iis laetitia ad me pervenit, quanto maior consensus inter nos semper fuit, et amicitiae officia non explerem, nisi ardentissima vota pro salute tua funderem, et faustissima quaeuis tibi apprecarer. Dab. Erford.
d. IV. Cal. Nouembr. c10ccl1.

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO


S. D. P.

FRID. SIM. MORGENSTERN,

MEDIC. D.



Sanctissimae nostrae amicitiae et officii mei probe memor, exoptatissimam solemnem gratulationis occasionem, qua lauream doctoralem omnibus applaudentibus certissime reportaturus es, nequaquam praetermittere potui, ut nullum amoris in TE mei testimonium existat. Quo nomine accipito AMICE AESTVMATISSIME, has litteras, ingenius animi mei laeti indices, et persuasus esto, nullum amicorum TVORVM plus gaudii ex honoribus, quos TIBI amplissimus medicorum ordo conferret, capere posse, quam quod ipse exinde capio. In enumerandis laudibus TVIS admodum brevis ero; quamvis bene norim, TE superbiam sumere posse quaesitam meritis. Equidem profiteor, summae mihi fore voluptati virtutum TVARVM celebrationem, quas satis cognoscere mihi licuit, cum me per multos annos amicitia TVA, quae mihi ipsa vita carior est, dignum habuisti. Verum enim vero quamvis multae rationes me de laudibus TVIS tacere iubeant, impedire tamen non possunt, quo minus virtutum TVARVM consideratione et admiratione delecter. Noui humanitatem TVAM, quae egregiorum TVORVM meritorum enumerationem semper modeste declinat, et quam hisce litteris nullo modo offensam volo. Deinde omnes aequi studiorum virtutumque aestimatores, qui Halae commorantur, haud ignorant, TE, praeter morum suauitatem et probitatem, non solum studiis humanioribus, imprimis stili elegantia et poësi excellere, sed etiam in scientiis philosophicis ac medicis eximios profectus acquisiuisse; ut iam dudum assiduam diligentiae et praeclarae eruditionis praenium, doctoris dignitatem, promerueris. Huc accedit historiae litterariae, praecipue medicae notitia, cui multam operam haud invita Minerva impendisti, et cum vtilissimum hocce studium a multis, qui artem salutarum profitentur, prorsus fere negligatur, venit illud eo magis in TE celebrandum. Ipsa denique elegans ac docta elaboratio rarioris thematis, quam orbi erudito speciminis inauguralis gratia offers, se rerum intelligentibus ita commendat, ut acta agere viderer, si quid laudis meritis TVIS addere vellem. Quae cum ita sint, reliqua, quae mentem meam arctissimo fidei amicitiaeque nexu TIBI obstrictam demonstrant, paucis complectar. Gratulor TIBI ex intimo animi affectu novos honores; Deum precatus, ut quaeuis fausta ac felicia TIBI euenire iubeat, atque conaminibus TVIS benedicat; denique me ipsum amicitiae TVAE, quam semper magni aestimabo, de meliori commendo. D. Seruetiae, die 26. Octobr. MDCCLI.



01 A 6576


ULB Halle 3
002 931 664



TAOC

Sb.





DE
VDORE
S LATERIS
PRO CAPESSENDA
ARTE SALVTARI
ORIS DIGNITATE

D. V. NOVEMBR. CIOCCCLI
VBLICE DISSERET
DE QVIBVSDAM
SVDATORIIS MALIGNIS
NVLLA PRAEFATVS
MANVEL HARTMANN
HALENSIS.



ALAE AD SALAM
OGRAPHEO GEBAVERIANO.

Color calibration strip with ruler (Inches and Centimetres) and labels: Blue, Cyan, Green, Yellow, Red, Magenta, White, 3/Color, Black. Includes 'Farbkarte #13' and 'B.I.G.' text.